

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Narratio

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Narratio

Serenissima Domus Marchico-
Badensis, conscripta studio
Joannis Friderici Jüngleri Consiliarij
Durlac. cui hic ipse hanc fecit In-
scriptionem

Stemmatibus

Marchici-Badensis-Hachbergensis
Radix
Vera, genuina ac legitima
Hoc est

Serenissimorum Marchionum Badensium,
et Hachbergensium Genealogia ab anti-
quissimis Vindonisa, Altenburgi, et Habs-
purgi Comitibus, seu ex Ducibus Zerin-
gensibus
descendens
collecta et descripta
a
Joanne Friderico Jünglero.

Amstelred.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Stammitis

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Ad Lectorem benevolum 4.
Praefatio.

Quod in Familiarum illustrium investigatione plerisque evenit, ut dum nimis vetustas eas facere sagient, ultra omnem Historiarum memoria perventur, et partim fabulosa pro veris asserere, partim conjecturas, quas versare in omnes opiniones, asserere non vereantur; Id quoque in antiquissima et incluta Marchionis Badenensium et Hockbergensium prosapia contigisse comperio. Nam esse dubium nullum sit, Serenissimam familiam hanc et vetustate insignem: ut Aeneas Silvius in Germania sua loquitur: et opinione sustitio praecellentem esse, certum id est, veram et genuinam ipsius originem plerisque, haecenus fuisse incognitam, ita ut multi ea attulerint, in quibus, ut dici solet, qui optimam conjecturam fecit, is vates sit optimus; Maxime vero eos errasse existimo, qui ostentandi studio nimiam et majorem, quam Sacerdotes Aegyptij apud Platonem in Dimeo sibi suisque adscribere vetustatem, ipsis asserere non dubitarunt, parum considerantes, quod ex se ipso natus sit nemo, sed ad quemcumque generis Authorem pervenerimus ipsi quoque patrem, avum, majoremque fuisse necesse sit. Ita nisi in uno aliquo, qui primus posteris genus referit, acquieveris, quis tam anxie inquisitionis stultetur finis, aut ubi, qui tam sollicitè suspicitur, unquam se sistet labor? mihi semper ita visum est, nihil aut parum admodum ad mentis alicujus laudam facere: ut prudentissimus Gerardus del Rog in suis Annalibus Austriae circa principium lib. I. scribit: vel ex Ogygiave se ortum esse, cum infima conditionis ho-

2.
minibus aque ac Regibus commune sit, et a Noacho,
atq; ab ipso Adamo primo omnium parente propagatum
sit genus. Hoc vero insigne est vetusta nobilitatis de-
cus, Majores habere atq; imitari eos, qui virtute, na-
gnisq; in Reip. collatis beneficiis, uti ceteris excelen-
tiores haberentur, mereri, cujus nota viros, quos plures
quis in Majorum suorum Imaginibus ostenderit, eo magis
illustri familia ortus esse censebitur. Atq; ideo eos,
qui in ejusmodi praestantiis Heroum ac Virorum memo-
ria ex veris et genuinis rerum monumentis eru-
da laborant, bene ac utiliter studium operamq; impen-
dere, nemo sano mentis negaverit. Id ipsum et Ego
quoq; pro injuncto mihi munere considerans, veram
originem Serenissima Domus Marchiaca indagare,
et ad privatos meos usus, donec meliora nobis tempo-
ra affulserint, reservare, omnibus quibus potui viribus
sum nisus. Sed in hoc labore meo boni publici causa
suscepto non sine fastidio reperi, quod eorum, qui de
Marchionum Bad. et Hochbergen suorum origine hactenus
scripserunt, diversae admodum sint opiniones seu Con-
jectura potius, uti ex sequentibus patebit.

I. Opinio.

Primo etenim nonnulli hanc Familiam ab antiquis
Comitibus Badensibus, qui olim in Helvetia v' Ergo-
via, in ipsa urbe Badena, seu castello Thermani, uti
The: 3 appellat, aut in Thermopoli, v' ut à Glarcano
nominatur, floriere, deducere conantur, et quidem
a comite Wernero, qui circa An. 1153. in magna
auctoritate, praesertim apud Tigurinos fuisse legitur,

Weneri hujus filium natu minorem Ducissam Suevi-
cam in uxorem duxisse scribunt, et cum ea ditiones mul-
tas non longi à Sylva Hercinia sitas in doti accepisse,
quas à comitatu paterno helvetico Badenses quoque
appellaverint, qua postea in Marchionatum fuerint
evecta.

II. Opinio Irenici l. v. c. 103.

Secundo. Aliqui Marchiones Badenses ex urbe roma
aversunt, et ab Ursinis, quos circa an. C. 775. à Caro-
lo M. Duces seu marchiones Verona constitutos falso
aperunt descendisse scribere n' verentur, ita enim loqui-
tur Fr. Irenicus in sua Exegesi Germanie l. v. c. 103. seq.
Marchionum Badensium, inquit, Stirps, clarissimè Papa
Gus testatur: illustrata est titulis, qua nullus unquam
non egregie sapientem produxerit. et idem Papa in Epistola
ad Martinum Mejer de Joanne marchione Trevirensi
Epo. si non, ait, Majorem suorum claritate nitere,
plani convinci poterit, ex tali stirpe cum fuisse pro-
ductum: Reulerent autem eorum originem, Baden-
sis, ut quidam dicunt, a Marchionibus Veronensibus An.
salutis 1157. Inde posteriori seculo Fredericus I. Rom.
Imp. unum Veronensium Marchionum ex Ursinorum fami-
lia profatum capta Urbe ex Italia Obsidem secum in
Germaniam detulit, ut ei per vallem Tridentinam
liberior pateret regressus. Hujus postea filium in Ca-
sprum Hochburgense collocatum armis et nomine Mar-
chionis insignivit, qui lumina sine virili semine clau-
dens, incolas induxit ad constituendum alium marchio-
nem sui generis, à quo Badensium progenies originem
sumpsit; Ea tempestate Comitatus tantum regio Ba-
densis

densis fuisse memoratur ac per feudum acquisitus. hac sub Marchionis Joannis sigillo sicut Irenicus: littera ferme continent.

Secundum alios, ut inquit idem Irenicus, antiquissimus omnium Hermannus in marchionem evasit, qui primus principem se gessit an. 1120. unde antiquior ratio temporis marchionatus illi inferitur, et quae multos annos secula Frederici Imp. excedit, cui sententiam se palmam dare scribit, quia apud Hermannum chronographum in expeditione ad terram sanctam Hermannum March. Badensem profectum viderit. Cum his convenire, quae in memoria eius de ipso in Ecclesia Badenaviensi conscripta sunt, cum prima fundamenta ipse jecerit. Eiusdem Originis ab Ursinis meminit Versor Erasmi libri de lingua inscripti Marchioni Bernhardo filio Ernesti. Ursi civis Romanus, scribit auctor, miles egregius occidit an. 459, Maximum tyrannum, qui auctor fuit caedis Valentiniani Imperatoris. Itaque ab Eudoxia Imperatrice et Senatu Romano accepit gubernationem Umbriae, quae nunc dicitur Ducatus Spoletini. Sic igitur gubernatio Umbriae in familia Ursinorum mansit, unde natus Cajus Ursinus, et ex hoc patre duo filij Grimionus et Ursinus qui Romam contra Autharim, alio Antharist, Longobardia regem defendunt, et Mauritium Caesarem omnino auxilio destitutum liberant circa an. 588. unde etiam illa insignia, quibus hodie utuntur, et domus laxipima Romae nati, qui neque fratres Romae relinquunt, qui illic familiam Ursinorum auerunt, unde alius Ursus, cuius nomen adhuc Romae in Saxo

cernitur incisum, qui bella multa cum Longobar-
 dio gessit, Capitolium collapsum evexit, Romanis Leges
 prescripsit, et cum numerosa admodum prole multas ditio-
 nes accepit. Tandem sub an. 772. claruerunt ex ea
 familia duo fratres Constantinus et Raymundus, qui
 Carolo M. opem tulerunt in debellando Desiderio Longo-
 bardorum Rege. Unde a Carolo M. facti gubernatores
 Urbis Verona cum titulo Marchionum, quorum posteri
 magis et magis in Longobardia Imperio progressi possessio-
 nes etiam Dnorum de Scala occuparunt, hinc tripartiti
 fuerunt, ut quidam Ursini, quidam marchiones Verona,
 alij etiam Dni de Scala sine Ursinorum titulo essent.
 Postea cum sub Ottone III. Electores crearentur, Badena
 etiam, quae antea erat Caesaris, qui regnabat, feudum
 inter Status Imperij fuit assumpta, et factus inde
 marchionatus. Itaque cum Comes Joannes sine herede
 masculino obiisset, et filiam illius Ceberus Dny della
 Scala, eques auratus in debellando Crescentio adju-
 tor Ottonis duxisset, factus est primus marchio Ba-
 densis, profectus in Syriam cum alijs Principibus et
 rediens extruxit Barchinam: cujus filius Herman-
 nus III. cum Fridrico II. in Syriam profectus propter vir-
 tutes donatur aliquot oppidis, extruxit Stutzgardiam.
 Hactenus Versor Erasmii Libri de lingua.

III. Opinio.

Tertio. Alij familiam Badensem et Hackbergensem non
 ab Ursinis, sed ab ipsis Scaligeris, quos ante Ursinos
 Verona dominium habuisse, et ab antiquis Gothoribus

6.
Regibus, et quidem à Gaptone seu Ansete, tanquam
primo stirpitate descendisse asserunt, deducere volunt,
ajunt enim, Hermannus Nicolai filius Scaligeri,
Trebellij Pulgaronij Regis nepotes, Bothonis fortis
Scaligeri pronepotes, Martucci abnepotes, Arribonis
nepotes, Alberti Irinepotes, à Friderico Barbarossa
ex Italia in Germaniam ductum, et ibidem Marchionis
Badensis titulo donatum. Opinionem et originem hanc
Marchionum Badensium à Scaligeris et priscis Gothorum
Regibus mordicus defendit Dr. Joan. Georgius Comes
de Hohenfollern in opere suo genealogico, quod de
Serenissima Domo Badensi scripsit an. 1599. Dr. Georgius
Frid. Marchioni Badensi et Hochberg. dedicavit.

IV. Opinio.

Quarto. Eo inscitia quidam rediguntur, ^{ut} Badensem
et Hochbergicam duas diversas familias esse affir-
ment, ita ut qualibet proprium suum stirpitem seu ra-
dicem habuerit, et Hochbergicam longe ante Badensem
| qua demum à 1155. ex Italia progressa sit. | in Ger-
mania floruisse dicunt, idque ob sequentes rationes:
cum enim veterum documentorum, uti volunt, seu
Ludorum equestrium libris authenticis | ex quibus
priscas nobilium familias probantur, siquidem ad lu-
dos illos equestres nemo admittabatur, nisi prius ve-
ram Avorum Broavorumque seriem sufficienter pro-
basset: | expresse reperiat, quod à 1179. Colonia
Fridericus Hochbergensis, à 1198. Norimberga
Rudolphus M. Badensis, et Wernerus M. Hochberg.
cum conjugis, 1209. Wormatia Burkardus II. hoch-
bergensis

bergensis, 1235. Herfipoli Hermanus III. M. Bad.
 et Dnus Verona. & iudis ejusmodi equistribus presen-
 tes interfuerunt; inde concludi posse arbitrabantur,
 quemlibet sua propria arma gentilitia, ut et pro-
 prios avos proavosq; habuisse, nec Badensem et Hach-
 bergicam pro una sed duab; diversis familiis semper
 habitas. Paterea scribere Albitius in prima sua
 annotatione Operis geneal. quod an. 1140. Alberty filius
 Wezilone sub titulo Marchionis ab Hockberg unacum
 patre Wezilone; qui in literis citatur; genuerit
 duos filios, Fridericum et Rudolphum, quorum hic sine
 herede juvenis obierit, ab illo vero defluxerit Stema
 Comitum de Hohenburg et Haigerloch. Itaq; ex hac
 demonstratione Albitij 6. v. 7. Marchiones Badenses,
 qui apud alios genealogiarum Scriptores n' reperiri-
 tur, prodire in lucem, atq; inde sequi, quod Marchio-
 nes hi sint veri ac legitimi majores; licet non ipsa
 prima capita, quae propter temporis antiquitatem sciri
 certo et demonstrari nequeunt; Marchionum Hachberg.
 n' autem Hermani Veronensis, primo parentis et au-
 thoris Badensium, qui diu post dictos Hochbergicos, quos
 Albitius recenset, vixisse legatur; veram enim esse
 opinionem Genealogistarum, cum quibus Iren. C. 17.
 c. 140. consentiat, et proprium Marchionis Joannis Se-
 simoni' alleget, quod primus Marchio Badensis Her-
 manus a'o 1155. cum Friderico Barbarossa ex Italia in
 Germaniam venerit, nam id ipsum ad servare chronicon
 Imperatoris hujus: cum scilicet dicto anno et quidem 14. Cal.
 Jun. secundum Cuspinianum per Longobardiam rediisse
 in patriam, atq; inde n' iniuste presumatur, quod Bulla

Constantiensis dt. 9. Cal. Sept. eod. an. in quo mar-
 chio de Baden testis allegetur, in itinere hoc pro-
 mulgata sit, nullum enim antiquius testimonium,
 in quo Hermannorū aut alius alterius marchionis
 Badensis mentio fiat, hucusq; allegatum esse. Ex
 quibus omnibus sequitur, quod Hermannus huius fi-
 lius Rudolphus l. an. 1198. ludis equestribus Norimber-
 gensibus interesse potuerit, nec tñ annū 40. etatis
 exceperit: fieri quoq; potuisset, ut & ipse Hermannus l.
 & filius ejus Hermannus III. cum Friderico l. Imp. in
 Syriam profectus ibidē an. 1190. mortuus sit, et Herman-
 nus III. ludis equestribus 1232. Herbipoli celebratus adfue-
 rit, cum enim expreso nōc Hermannus III. et Dñm Ver-
 nensem ibidē appellari, ad indicandum nempe fami-
 lia originem, cum quibus ipsa ratio temporis melius
 conveniat, quam si Hermannus l. principatum ad exem-
 plum Trenci in aō C. 1120. collocare velimus, atq;
 ita ex supradictis aliisq; circumstantiis et conjec-
 turis concludi, quod Marchiones Badenses aō 1155. in Ger-
 maniam primo venerint, e contra verò constare, uti
 superius dictum, quod Fridericus marchio Trachber-
 gensis 1179. ludis equestribus Coloniae praesens inter-
 fuerit, et ante ipsum pater ejus Albericus et Wezild-
 arus, post hos verò an. 1198. et an. 1209. Wernerus,
 Burcardus I. et Burcardus II. omnes Marchiones Hach-
 bergenses floruerint, quorum aetas et natiuitas
 longe ultra dictum annū 1155. quin imo ad undeci-
 mum usq; seculum retrahatur, atq; ita necessario
 sequatur, quod nō ex Hermanno Veronensi, parente
 primo et autore Badensib; et sed ex multo anti-
 quiore

quiore familia, quae diutius in Germania fuerit, or-
 tum ac originem suam traxerit, quae de re videndus sit
 Laetus, qui diversitatem utriusque familia tractat,
 quem si quis consulat, reperiet, quod hac in re
 usque adeo sibi constet, nam L. VIII. Migrat. gentium
 scribit, quod an. 1140. Albertus filius Wezilonis sub
 titulo marchionis ab Hackberg unacum patre Wezilo-
 ne in literis citetur: cum genuisse duos filios Frideri-
 cum et Rudolphum, quorum hic juvenis sine herede
 obierit, Fridericus vero floruerit circa an. 1179. a
 quo novum stemma Comitum de Hohenberg et Haiger-
 lock promanavit, qui inter Nieri fontes et Danubium
 territoria sua habuerint. Itaque marchiones Hackber-
 genses Laetus Suevos facit, a quibus originem decem
 Comites de Haigerloch et Hohenberg; Item marchiones
 Veronenses Badenses, atque etiam Duces de Schiltach, quo-
 rum lata fuerit per Sueviam ditio, usque in Brisgoiam
 videlicet ad Nierum, Rotenburgum, Cuinga, Horba, Hai-
 gerloch, Hohenberg, Wüdeberg, tota Nagoldi vallis
 Nieri vallis, Bulach oppidum et arx Zobelsteinium,
 Kirchenberga, Wurmlingius mons Schemberga, Gletta,
 habuisse quoque Reüllingam, Munderkingam et Fridin-
 gam; Item in Nigra sylva Banzdorfam, Freibergum
 ac totam Rindicam vallem, denique ad Glenum in fini-
 bus Brisgoiae: ubi sedes marchionatus fuerit, Hackber-
 gam, Sutzbergam, Susenbergam, Roetelam, Nisingam,
 Sickenkircham, Weispneck, et alia plura.
 Alibi vero scribit idem: Conrado Duci Zerisingensi, quod
 Ducatum Suevia sibi contra transactionem cum Hen-
 rico IV. Imp. factam adhuc vindicaret, Fridericum,

qui postea imperavit, Sigurinam Praefecturam et
 comitatum Hochberg ademisse, ac Praefecturam Si-
 gurinam fratri Bertholdo restituisse: Aft Conradum III.
 postea Hachbergensem comitatum cuidam Veronensi
 ac Batavino Principi contulisse. Unde Duces à Schiltach
 et Marchiones Badenenses proceperint, idq; factum esse ait
 Latus ad 1157. Principis huius Veronensis uxore fuisse
 Imultham, qua Praefecturam Badenensem ad amem
 illur auspicata sit, in qua primum 8. Canonici vixerint,
 quibus postea Monachi Benedictini accepisse legantur.
 Originem vero aliam Marchionum Hachbergensium habet
 Pantaleon part. 2. de viris illustribus. Hacho, inquit,
 magna corporis et animi fortitudine fuit praeditus,
 itaq; cum Carolo M. in Italia existens res multas
 praclare gessit. Hunc Carolus factus Imperator secum
 in Germaniam 802. abduxit, atq; portionem terre in
 Brisgoia tribuens, eum comitem constituit, qui ux-
 rem duxit, atq; Comites Hochbergenses progeniit, qui
 tandem tempore Friderici Barbarossa post 350. annos
 in Hermannii Veronensis primi Marchionis Badenensis
 familiam per unicum familiam derelictam Juditham
 inserti fuerunt: ab eo omnes illi, qui fortitudine et
 magnanimitate alios superant, apud Germanos egre-
 gij Hachi dicuntur: floruit cum Carolo M. circa an-
 C. 805. Hactenus Pantaleon. Cum quo conspexit
 Inscriptio Latina, qua in arce Hachbergensi sub effigie
 laudatissimi Principis Caroli Marchionis Bad. et Hach-
 berg. ad sinistram inferioris porta partem ingredien-
 sium conspectui in lapide posita his verbis legitur:
 Ille primus Carolo M. imperante Hacho, unde nomen

Wiki, an. C. 808. crexit ornatorem Carolus quondam
Marchio Bada, regnante Friderico III. Cesare fecit:
tam vero ob edacem ac ruinosam vetustatem, Carolus
magni animi Princeps marchio Bad. et Hochb. cuius opi-
nam hic cernio, tum reinfaurari tum versus hostiles
impetus in sui suoruaq, muamen et refugium prompto
subjectorum auxilio premuniri curavit, gubernante
Carolo V. Imp. Aug. p. F. A. 1554. Et hac paucis de
Marchionibus Hackburgenfibus. Nunc progrediendus
ad sententias alias, nam

V. Opinio.

Quinto: pleriq, neque Ursinorū neq, Scaligerorū memi-
nere, aut prosapiam Badensem et Hochbergensem diversas
inter se faciunt, sed simplr affirmant, Hermannū Ver-
on Marchionē à Friderico I. Imp. Anobardo, cui obfes daly
erat, his primū regionibus impositū, eundemq, Impera-
torem ex Comitatu Badensi constituisse marchionatum,
et Hermannū Veronensem primū marchionem; ita enim
loquitur Münsterus: Interfecto, inquit, Socero Bertoldi
III. Zeringensis Ducis, et Suevia Ducatu Friderico à
Kaufex collato, cui Henricy Imp. filia suam elocaverat,
indignatus Bertholdus, multa intulit Friderico bella,
in quibus In Fridericus superior fuit; Concordia autē
Imperator faciens dedit Bertholdo per modum feudi Ad-
vocatia implem civitatis Siguriensis et totius adiacen-
tis pagi: Bertholdo succedens Conradus frater bellum
movit contra Fridericum Ducē Suevia unoculū, et ex-
citavit contra se Fridericum Barbarossam, qui illi a-
demit Sigurium, persecutusq, fugientem cepit arcem
Zeringensem, et petere coegit Conradum veniam et
gratiam Ducum Suevia, atq, sequentib, temporibus

ditionem Hochburgensem tradere, quam Imperator
 factus Fridericus dedit Marchioni Veronensi adole-
 scienti circa an. 1155. quem secum ex Italia obsidem
 adduxerat, a quo existimantur descendisse marchio-
 nes Badenses; et etiam antehac fuisse tales. Sed
 idem Münsterus l. 3. c. 278. paulo aliter: Marchione-
 cit, Bad. et Hochburgenses unum commune habent prin-
 cipium scil. Hermanum, qui an. 1120. hanc puta-
 tur possedisse terram. H. l. 3. c. 284. scribit: Fri-
 dericum I. duxisse ex Italia secum Hermanum Veronens.
 sanguine sibi junctum, quod resignata ditione sua Veron-
 cium scil. ei Germania arderet, impetrasse nuptias
 Juditha, et per eum Comitatum Badensem et Hachberg.
 erectum esse in marchionatum, et ipsum Hermanum
 creatum ab eo marchionem et principem Imperij.

Münsterus sequuntur Pantaleon, Hieronymus Hen-
 ringes in magno suo Teatro genealogico, Elias Neuf-
 nerus, et Genealogista ac Historiographi alij, Petrus
 quoque de Andlo Marchionum Badensium originem ex Ita-
 lia accersit, licet nonnihil diversimode, et Ursinorū etiam
 facta mentione: hæc enim sunt ipsius verba l. 3. de sup.
 Rom. c. 15. pag. 58. legimus: Illustres marchiones Bad.
 ex Romanorum germine, et ab Italia venisse in Ger-
 maniam; nam dum Fridericus I. Imp. de domo Ducum
 Suevia exortus, per Italia de urbe progrediens, u-
 num ex filiis Marchionis Veron. de genere Ursinorū
 urbis Romæ s. Veronæ: Principum procreati obsidem
 secum duxisset, quo magis sibi Italia terminos et
 vallem Tridentinā egressus per sui marchionatus mu-
 nitiones liber pateret regressus, ex tunc eundem
 Marchionis filium idem Imperator speciali prosequens

favore avia sue imperiali aspicere voluit, cui po-
 stea dominium et Castrum Hachberg assignavit, et no-
 va arma tribuit. Cum vero idem marchio successu
 temporis sine liberis eet defunctus, Nobiles tempore
 illius pro alio dicti defuncti nepote legatos Veronam mi-
 serunt, ut dominium Hachberg jure devolutionis ad
 ipsum pertinens possideret, qui veniens, et dominij il-
 lius possessionem nanscens ibidem vitam finivit, à quo
 et marchiones de Baden processerunt, et titulus mar-
 chionatus originaliter, non à domino Badenensi, quod
 ab antiquo Comitatus erat, sed à Verona et Romana
 urbe contraxerunt. Unde alibi notavit D. Schneiderus
 ad marginem sui MS.^h. saepe sensus e corruptus tam in
 constructione quam regulis gramaticis, ait, quendam
 se legisse Chirographum de dato à Nat. C. 1208. cujus si-
 gilli epigrama hoc fuerunt verba: Johannis marchionis
 Veronensis. hucusq; Petrus de Andlo; Elia vero Reus-
 neri haec sunt verba: Hermannus comes Veronensis et La-
 duanus, inquit, Fridericum Barbarosam sanguine sibi
 junctum ex Italia reducem secutus, cum Germania
 ipsi arideret, nuptiis Judithae Comitissae Hachborgeasis
 agros illos secus Rhenum, ubi hodie e marchia Baden.
 consecutus, et ab eodem Imp. in marchionem et princei-
 rum Imperij e investitus circa an. 1153. In eundem
 fere modum scribit Henninges quoq; nisi quod in a^o
 cum Reusnero dissentiat, ita enim loquitur: Hermannus
 marchio Veronensis, qui Imperatori Friderico Barbar.
 militans, cum ipso Italia relicta Germaniam ingressus
 e an. 1155. cum hac magis quam Italia arideret, Im-
 perator ipsi Imutham s. alij Juditham, qua alibi
 soror Imutha nominatur, sepulta Baakena a^o 1162.:/

ultimi comitis Badensis et Hochberg. filia despon-
dit, addita dotis loco ditione Badensi, quam in
Marchionatum et Principatum sublimavit; factus
itaque primus marchio Bad. 1. ait: et Hochbergensis
magna pietate, prudentia et sapientia subditos qu-
bernavit, atque Imperatori in rebus difficillimis, et ar-
mis et consiliis adhaesit, donec tandem annis et labo-
ribus exhaustus diem clausit extremus an. 1160.

Barifere modo loquitur Albitius in suis stematibus
Principum christianorum; nam ipsius haec sunt verba:
Hermannum dicunt Veronensem, qui cum Friderico I.
Imp. ex Italia in Germaniam venit, ab eo Imperij
marchionem factum, Imutham comitis Hochberg.
filiam duxisse, ex quibus marchiones Badenses
descenderint. Imutha enim fundavit Propositu-
ram Badsepe prope Muram et pro VIII. Canonico
alendis dotavit, ubi sepulta jacet: Et si n^o desint
etiam, qui dicant, marchiones hos ex Italia cum
Friderico quidem venisse, ab comitatu Hochburgico
ipsi Fridericum ei dedisse, quem prius Zeringus
ademerat. Albitius.

VI. Opinio.

Sexto. reperiuntur n^o nulli, qui Seren^o familia Bad.
et Hochberg. originem n^o apud externos, et in Italia
quarunt, aut ultra montes accersunt, sed eos in
ipsa Germania, patria nostra, dulcissima ortos
et natos esse ex ipsis Archivis et Authenticis vete-
ri monumentis eruere conantur, dum referunt,
Serenissimam hodiernam Domum Austriacam et

Badensem unam eandemque originem habere, et ab antiquis Vindonissa, Altenburgi ac Habsburgi Comitibus, ex quibus Ducei Zeringenses fuerunt, descendere. Gladouent Joanes Historius, Niddanus, cui investigatio et descriptio familiae Badensis et Hachberg. a singulari mandato et salario commissa fuit.

Si Franc. Gillimanus, vir antiquitatis apprime peritus in suis Habsburgiaco, seu in libris de antiqua et vera origine Domus Austriacae: ut et Cass. Sciopius Henate Augusta domus austr. quod consilio suo regio et classico belli sacri, uti appellat, an. 1619. adiunxit, ac Ticini Typis vulgari curavit. Vides, amice lector! diversitatem opinionum de origine ac ortu inclute et antiquissimae prosapiae Bad. et Hachb. ita ut nō imerito quis dubitare posset, cuiusnam calculo addere debeat: quem dispensum Historicorum et Genealogistarum, etsi antehac ipsimet Principes Dr. Philippus et D. Ernestus Fridericus, uterque Marchio Badensis animadvertent, arbitrati tamen sunt primum familiae suae parentem ex Italia in Germaniam venisse, et prima domus Seren.^{me} fundamenta hinc in locis collocasse, id quod ex eorum literis, quas Idibus Dec. an. 1585. ad Venetorum Principem scripserunt, cognosci facile potest; Verba enim harum literarum sunt sequentia: Seren.^{me} Princeps! Dne et amice observande, cum multi haecenus viri docti et familiae nostrae dignitate libros in publicum protulissent, essent autem ipsorum invarietate et diffensione quaedam constituta sententia, dedimus uti de Ministris nostris mandatum, quem isti negotio

et labori parem esse putavimus, ut originem et
 progressionem gentis nostrae ex omnibus historiis et
 monumentis diligenter perquireret, neque solum dis-
 sensiones tolleret veterum scriptorum, sed etiam
 res à Majoribus nostris laudabiliter et gloriose ge-
 stas mandaret literis: illè verò statim eùs manus
 adhibuit operi, cognovit ex Archivis nostris, et
 multis impressis literis, Progenitores nostros pri-
 mitus ex Germania ab Imperatoribus, eorum propin-
 quis, imò ipsos in Longobardiam, et praesertim in Ver-
 onensem Marchionatum, rursus autem eum aliquandiu
 Veronam et vicinam provinciam rexissent, in Ger-
 maniam revocatos esse ante annos fortassis 400. &c.
 se quidem ex nostra Germania literis et libris spera-
 consecuturum, sed illud unum, quod à literis nostris
 remotum, neque in publicis libris conscriptum est, in
 Italia pervestigandum putat, siquid quando primò gu-
 bernandam acceperint Veronensem provinciam, quan-
 diu tenuerint, quid ab illis praestare sit in Italia
 et in possessione Marchiae istius factum et administra-
 tum, quando rursus inde discesserint. Cum igitur
 id nobis humillimè significasset, et nos nullo loco
 melius ista, quam Verona cognosci putaremus,
 neque dubitaremus, in Archivis Urbis et in Mona-
 steriis eam rem consignatam et inscriptam esse
 memoriam: Visum è nobis scribere ad Dilect. suam,
 quae jam ditionem illam noè Amplissimi Senatus Ve-
 neti cum imperio tenet, et rogare vehementer,
 non solum ut Monna, quae Verona et in vicinia
 sunt, perquiri, et interrogari viros Historiarum

et veterum rerum peritos, ab hoc expositate exhibi-
 tore dilecto nostro, cui id negotij imposuimus, benigne
 permittat. Verum etiam Veronensibus mandet, quo
 legatus noster eo sumptibus nostris profectus, oibus
 modis ad illa impetranda, qua ad memoria familia
 nostra pertinet, et Dilectioni sua incommodum afferre
 nullum potest, neq; alio profecto a nobis susceptum
 fuit consilio, quam ut inde aliquid ad familiam
 nostram ornamenti accederet; Rogamus Dilect. suam
 perbenigne, ut nobis gratificari n' gravetur.

Haec sunt literae, quae dicti Principes ad Ducem Vene-
 torum scripserunt, cum illis nobiles virum Josuam
 von der Scheer ablegare, et oia, qua in literis istis con-
 tinentur, quae diligente investigare constituerant.
 An autem Legatio isthaec suum sortita sit effectum,
 ex Actis n' constat, hoc sicut, quod, etiamsi isthaec
 locorum fuisse, nihil eorum, qua Principes nomina-
 ti cognoscere desiderarunt, respiciet, nam neq; Verona,
 neq; Padua, nec in tota Marca Trevigiana, ut ab
 istis appellatur, quidquam de Marchionibus Baden-
 quod eorum Majores nimirum regiones istas tenuerint,
 aut quod ab Ursinis v. Scaligeris descenderint, reperiri
 certum, imo certissimum habeo. De Scaligeris, qui Ve-
 rona dominati sunt, apud Historicos Italos multa
 leguntur, sed familia alicujus Germaniae, v. quod
 Scaligerorum posteris in hac Germania loca cum Fri-
 derico I. transierint, et comitatum Badensem, postea
 in Marchionatum et Principatum Imperij sublimatis,
 nacti sint, nulla fit mentio; quin imo ex Plondo

Et Memula refert. F. Scandro Alberti Bolognese
 nella descriptione di tutta Italia p. 454. quod eo
 tempore, quo Fredericus Barbarossa Italiam et praesertim
 Lombardiam cum exercitu intravit, Verona nul-
 li subjecta, sed urbs libera existens, cum Mediolanen-
 sium et aliarum civitatum populis fœdus inierit:
 et a. 1155. quo ipso ad Hermannus I. marchio Brad.
 de Verona in Germaniam descendisse ab aliis falso cre-
 ditur, cum Frederico Barbarossa, praeliis comiserit,
 verba Italia sui se habent: In questi tempiosi gover-
 nandosi e citta d' Italia nella loro liberta C. 2. im-
 periosa face vano legne et compagnia in seixe contra
 quelli che gli offendevano e parimente face compa-
 gnialo; Milanensi e con altro popoli: etra le
 altre volte suo ne huss che essendo ruinato Mila-
 no da Frederico Barb. e per ristorato dalle citta col-
 le gnate, si concordarons Mila, nesi veronensi,
 Bresciani Novaresi et Vercellani contro del Barba-
 rosso, et ragunati insieme combatterona con lui a
 bandieri spiegati a Barilono sopiata via che papa
 di Milano a Como et lo rupper amazzando gli allep-
 sotto il cavallo, essendo credido ancora lui eser
 morto havendo accisi molti dei Fodesehi Barmose
 comuschi che erano in sua compagnia adunq si
 governarons Veronensi in tal liberta Sotto Empe-
 rio usino ad Etzelino da Roman che di capitano
 usurpola signoria di Epa scacciandone Azzo de Epe
 Marchesi di Ferrara prodesta dai Mastrati et dal
 popolo

Et sane si Historicos omnes Italos consulam, nihil

de profectione illa Hermani ex Italia in Germaniam
 invenio; Itaque Opinione istam, qua asseritur,
 Hermanum comitem Veronensem cum Barbarossa in Ger-
 maniam venisse, Badensis Marchionis titulis insigni-
 tum, et familiae Bad. parente primis et auctore esse,
 prorsus erroneam et contra veterum monumentorum
 fidem et auctoritatem ab eis fictam existimo, qui
 Principibus, ac inopia quoque intentis novitatis ille-
 cebris aduulabundi, eo gratiosiores et ingeniosiores se
 fore confidunt, quo ab eorum origine, et qua habent,
 regione, longius exortos et propagatos praedicent.
 Sicut loquitur doctissimus et accuratissimus antiquitatum In-
 vestigator Fran. Guilmannus supra allegatus Habsb. l. 5.
 Etenim Hermanum III. Hermani II. filium, Hermani I.
 Bertholdi Zeringensis fratris, postea monachi Clunia-
 censis facti, nepotem multo prius, quam Fredericus Barb.
 ad imperium venit, aut in Italiam iter habuit, Ba-
 densem fuisse marchionem liquido constat ex Diplomate
 Conradi II. Imp. in quo expressa fit mentio Marchionis
 de Batha, ait enim Imperator: itaque se privilegium
 Weneri Fabariae Abbatis confirmare in praesentia
 Alberonis Archiepiscopi Trevirensis, Ortlichi Episcopi Basil.
 Frederici Ducis, Conradi Ducis Mathaei Ducis, Her-
 mani Marchionis de Batha, Alberti marchionis de
 Habersburg. quin imo ipse Fredericus I. Imp. donationem
 ab Abbatisse Erisseineni factam Hermannis eidem
 Marchioni curtis Besigheim confirmavit an. 1153.
 Indict. XIV. quo tempore nondum Italiam cum exercitu
 intraverat, nec proinde Hermanum obsidem inde se-
 cum in Germaniam ducere potuerit. Itaque non abs-
 ratione verosimile est, scribit Guilmannus, Berthol-
 ded I.

Dum I. barbatum Ducem Zeringensem in filios,
ait, ipsos inter se hereditate divisisse, Bertholdo II.
Ducis titulum, et majorem partem Brisgoie, Hermanno
tanquam minori Marchionis cum in penitenda ditio-
ne attribui potuisse, imo debuisse: nugari enim
hic, ut in plerisque Lafram, qui Hochbergensium
Marchionum ditioem Bertholdo et Carado Zeringi
ademptam et Marchionibus Veron. à Friderico I. tradi-
tam dicit, cum ducem utrumque ob rebellionem pro-
scripsisset.

Duxit vero Hermannus II. Juditham Bradensem, qua
cum ad eum dominiud Brada detulisset, vulgo dedit
causam vocandi Marchionis Brad. cum prius mar-
chionem se nullo alio titulo nominaret, quod titu-
lum postea Hermannus III. Juditka genitus, a summis
quoque maternis armorum insignibus retinuit, et
ad posteros transportavit; Et licet negari nequeat,
quod Hermannus IV. Hermanni III. filius sub eodem
Imperatore non solum se Ducem Brada, sed simul
etiam marchionem Veronensem scripserit, guberna-
tionis in eam fuisse non originis denominationem,
ex eo probatur, quod Barbarossa, funditus eversa
Mediolano, domitaeque Lombardia, et in plures partes
divisa, singulis partibus, imò urbibus pene Groeres
Germanis profecerit, uti testantur historiæ italæ,
quo tempore dictum Hermannum Brad. Verona jam
debellata impositum, tanquam Vicarium seu Guberna-
torem Cosareum, mihi cum historicarum peritis
plane persuasum habeo: atque hinc factum est,
ut in in Germaniam reversus titulo hoc deinceps

uteretur, et pauci post eum retinerent, magis
 memoria causa, quã ad demonstrandã originem pro-
 sapia, aut possessionem dominij Veronensis.

Haec omnia cum ita sese habeant, jam opiniones istae,
 quas supra recensui, per se corruunt, nec ulterius
 refutatione indigent, quoniam hac in re veritatem
 monstrasse nihil aliud est, quam contrarias sententias
 refutare. Ideoque firmum indubitatumque hoc esto, mar-
 chiones Brad. et Hochb. n' à Gothonis Regibus, n' à Scali-
 geris, n' ab Ursinis, aut ab ullis aliis Veronã dñis,
 sed à prisca Vindonisa et Altenburgi Comitibus, qui
 olim in illa celeberrima Helvetiorum Civitate Vindo-
 nisa ad fluvios Ursam et Arulam late dominabatur,
 per longam avorum proavorumque seriem descendere,
 atque ita cum Ducibus Feringensibus et Teccensibus,
 item cum Comitibus Habsburgicis, et hodiernis Austria
 Archiducibus potentissimis una eademque habere stirpis
 originem.

Et sane comites hosce Altenburgicos latissime quon-
 dam apud Helvetios dominatos esse, testantur passim
 Historici, et veterum etiam nunc extantia monumen-
 ta: quidquid enim dignitatis et Splendoris Vindo-
 nisa, antiquissima Helvetia civitas, cujus meminit
 Tacitus lib. 4. Hist. et Anton. in Itiner. suo. Stumpf.
 l. 7. c. 2. Guilliman. de reb. et antiquit. Helvet. l. 2.
 c. 7. et 11. ibid. lib. 2. Habsburg. quae nunc exiguus
 pagus est, cujus suburbium modernum oppidum Bruck
 fuisse putatur: / olim habuit, id comites isti occu-
 pavere

pavere, cum Castri Vindonispensis dominium ad se
 transtulerunt, adificataq; eo in loco nova arce sub
 antiqui Castri titulo, quod Altenburg propterea ap-
 pellarunt, Altenburgenses sese comites et Vindonisa
 Dominos nuncuparunt. Ipsi ex antiqua Helvetiorum
 stirpe, mox sub Burgundis, abolito Romanorū Imperio
 clari, tum verò ob virtutem Francis, qui Burgundia
 Reges excederant, in pretio habiti, maximas opes sibi
 acquisierunt, adeo, ut Guntramus comes Altenburgensis,
 qui sub Arnolpho Imp. vixit, cognito divitis consecutus si-
 gienti Annales Monrij Muri, quod Rathpoto hujus
 Guntrami nepos, et Itha ejus uxor adificarunt, testata.
 Cum verò post mortem Arnolphi et ejus filij Ludovici Ger-
 mania superior, maximeq; Helvetia ob Rudolphum
 ejus filium, qui se Regem in Burgundia mixore coro-
 nari paulo ante curaverat, bellum cum Arnolpho
 gesserat, et post eum Rudolphum ejus filium, qui cum
 Burcardo Suevia Duce in discordia erat, in maximo me-
 tu turbisq; versaretur, vallis Urse acicola, vulgo Sin-
 derthal, qui Urse sinistram è conspectu Bremgarden
 habitant, Gunzelinud Guntrami filium rogarunt,
 ut tutorem et defensorem se eorum gereret, quod cum
 annuisset, hunc et postea ad hodiernum usq; diem nonen-
 Praefectura libera regio ista accepit. Haec prima in ve-
 menta apud Helvetios Dominus Altenburgensis seu Vin-
 donispensis, Rathpoto verò supra memoratus Cuzze-
 lini filius cum hac raone viribus et potentia n' parò
 crevisset, primò nova arce fundamenta posuit in
 colliculo paulo supra Altenburg, cum forte eo in loca
 accipitrem tanqm ex specula, qua gererentur, ad-
 versentem

vertentem conspexisset, arcem eam Habsburgum
 vocavit, quasi accipitris castellum, seu arcem, inde
 comites relicto seu antiquato nomine Altenburgi
 se Habsburgenses appellavere, et ut jam supradictum,
 ac inferius ad oculos demonstrabitur, non solum Au-
 stria Archiducibus, sed et Marchionibus Badensibus
 ac Hochberg. originem nunquam intermorituram dederunt;
 hanc veram et incorruptam Domus marchionum Bad.
 originem esse, ego ex collatione et diligenti examine
 eorum, quae ab aliis hucusque de nobilitate et antiquitate
 familiae hujus tradita sunt, prodere, atque ita
 Serenissimum hoc genus marchionum tandem postliminio
 quasi avita origini et dignitati sibi metipso restituere
 opere pretium putavi. Quia in re non sane curiositate
 quapiam cum probe noverim, periculosum admodum esse,
 in familiaribus inquirere, adeo, ut Guetonius de Pom-
 poniano referat, cum interfectum fuisse à Domitiano,
 quia Imperatorum genesim habere vulgo diceretur,
 sed Serenissimi Principis Dni Georgij Friderici Marchionis
 Bad. et Hochb. tit. Principis mei Clemburgi mandato,
 cui parere necesse fuit, aliquot jam annos pleraque
 hinc penitus incognita, et à nemine animadversa, aut
 à satis fideliter enarrata pervestigavi, inspectisque
 à solis Historicorum et Genealogistarum libris, sed
 etiam plurimis literis, monumentis et MS. quan-
 tum eorum ad manus habere licuit, evolutis reperi,
 meras fabulas esse, quae de origine Badenensium et Ve-
 ronensium hucusque sparsa sunt; Si enim vera illa
 sunt, quae in veteri codice manuscripto Monasterij

Barchenavensis leguntur, quod an. 1116. tempore
 Paschalis II. Papa, qui an. C. 1110. Pontificatum ade-
 ptus est, Hermannus Marchio Badensis in villa sua
 Barchenau fundaverit Moniū Canonicoꝝ regulariū
 seu Augustini in laudem et gloriam Pancratij Mart.
 Si verum est, quod 1122. 15. Cal. Martij Indict. XV.
 Bruno Epus Spirensis ad petitionem Hermanni dictum
 Moniū confirmaverit: Si verum est, quod an. 1137.
 Hermannus junior Hermanni ante nōiati filius sub Co-
 thario Imp. res monasterij Barchenavensis multis dona-
 tionibus auxerit, annoꝝ 1145. paternam fundāonem
 et suam Donāonē pro se et Sigfrido Spirensi Epō con-
 firmavit, uti verba Confirmāonis, quae infra se-
 quuntur, id clarē testantur. Si deniq; verum
 est, quod Hermannus III. profens fuerit, cum an. 1139.
 privilegia Wierani Sabariae abbatis confirmarentur,
 ut supra ex Diplomate Conradi II. demonstravi;
 certum verò esse non potest, Fridericum Barbarossam
 an. demum 1155. v. ut alij 1153. Hermannum ex Ita-
 lia secum in Germaniam obsidem duxisse, et ex eo
 primum marchionem Bad. fecisse, praesertim cū longe
 ante haec tempora non solum Marchionis Badenſis
 in literis modo allegatis fiat mentio, sed etiā ad-
 huc plures aliae literae vetustissimae supersint, in
 quibus eorum mentio reperitur.

Nam sub Henrico II. claudio et sancto an. 1120. in
 literis Spira datis allegantur, ut testis Hermannus
 Marchio, Goffridus comes Balatinus, Simon Dux,
 Conradus Dux sub Lothario Rege an. 1126. iterum
 in Argentina exaratis testis est Hermannus marchio

cum Conrado filio Ducis Bertholdi. Ita an. 1141.
 in donacione quadam Mon'rio Herrenalb facta testis
 allegatur Hermannus marchio. Verba autem Confirma-
 tionis, cujus paulo ante mentio facta est, ita habent:
 In no'e S. et individuae Trinitatis. Notum sit tam fu-
 turo quam presentis temporis Christianis fidelibus, quod
 ego Bruno Epus justis petitionibus, votis piis, et
 divina inspiratione conceptis desideriis Hermanni Mar-
 chionis annuens concepsi, ut in Ecclesia S. Pancratij
 Mart. constructa, quam ipse et uxor ejus Juditka,
 ipsiusque parentes praedictis et decimis ditaverunt, pau-
 peres Christi Canonicos secundum regulam B. Augustini
 communem vitam ducentes collocaret an. 1122. Ind. XV.
 10. Cal. Ma. quod vero familia Badenensis et Hochberg.
 non sit alia et diversa, sed una ac eadem, testantur
 Christophorus Marchio Bad. et Hochb. et Philippus Mar-
 chio Hochburg. in pacto, quod de succedendo sibi invicem
 an. 1190. in die S. Bartholdi reciproce fecerunt, cujus
 verba sic sonant:

Wid Ebsitzogd uns Jhellig von Gottus qua Jan
 Datttton y Lohmann, In d' hysen Conden Kamm
 uns Stam uns Gattorun von Laitan von der
 Marggraffschafft Hochburg uns Fürniglichem notariussch
 der Vögelit uns Waggau, sein Hufsen d' hysen, In
 gaffigal sein uns mit gnadingem Hufschiffen nos
 suson.

Post addunt. Ne ergo consanguinitas obliteretur,
 sed dua unius Aematis propagine coalescant, se fa-
 cere reciprocum testamentum inter Hochberg, Hohingen,

Sulzberg ex una, et Roetelen, Suseenberg, Badenweiler et Schopfen ex altera parte. Testes Wilhelm von Neubergh, Lana Hofmeister, Wilhelm v. Adlerbach Qualtenstaig, immo Caspar v. Klingenberg Ambrun zu Soeburg pro Badenri. Hermann v. Göttingen Ritter Landvogt zu Röteln. Turing Ruy v. Brühnsheim immo Rudolph v. Altmann Ambrun zu Badenwilns pro Hochburgensi, Pactum hoc seu testamentum confirmavit Maximilianus I. Imp. 1499. et Episcopus Basileensis consensit quoad feuda.

Constat quoque Marchiones Bad. et Hochb. iisdem Insignibus, quo postea In' n' nihil mutata sunt, antiquitus usos fuisse, et reperitur in antiquis Chronicis Saxonis, quod veteres Comites Badenses eadem insignia, quibus Marchiones Bad. etiamnum hodie utuntur, habuerint, uti videre licet an. 997. apud Adelheiden Comitissam Badensem Guelphi Bavariae Comitissam uxorem: quomodo vero Marchionatus Hochberg. et Badensis sub Henrico divisus sit, item, quomodo à Burcardo March. Hochb. Friderici filio Comites Hochbergici usque ad Annam Comitissam hujus progeniei s. qua nupsit Rudolpho Imp. defluxerint, et qua ratione an. 1215. Lutholdus Dñy de Roetelen Canonicus Basileensis Henrico V. Marchioni Hochb. Dynastiam Roetelensem donaverit, praeterea quod de Landgraviatu Susebergensi et dominio Badenwila in Archivis antiquis reperitur; item quod Comitatus Sponheimensis et Ebersteinensis, nec non medietas Dominiij Lahr et Mahlberg, uti quoque aliae civitates

oppida, villa, iurisdictiones, iura et privilegia,
dignitates ac cetera regalia ac iura quam plurima
ad Marchiones Badenses et Hochb. provenerint, quae
facta domi forisq; Herois huius familia 500. annos
perpetrarint; et quomodo jam olim in plurimis etiam
remotis mundi partibus sua Trophaea cum aeterna lau-
de creverint, alibi pluribus, et quidem sigillatim
singula volente et dirigente Deo T. O. M. narrabo.

Tu interea, amice lector! quae hic jam apposui, si vacat,
legere non dedignator, sunt enim talia, quae se, si for-
san in aliquo cum alio errore hasisti, et veram Domus
Badensis originem ignorasti, erudire melius possunt, et
informare. Ego hic sisto, Deumq; animum precor, ut
antiquam Domus huius Seren.^{ma} gloriam magis magisq;
splendescere faciat. Annue O Rex Regum, O Princeps
Principum! Tu enim sola regna et principatus conservas,
et de una gente in aliam transfers, prout tibi in Consilio
tuo imperscrutabili placuerit. Scripsi currente cala-
mo Joh. Frid. Tüngler.

Marchionum Badensium
et Hochbergensium vera radix
et Origo.

Theobaldus seu Velibaldus Praefectus ultrajuranus
seu minoris Burgundiae, quem a. 7039. sub Ludo-
vico I. Franc. Rege Dagoberti filio, generis nobilitate
et divitiis sese extendentem facit, cui frater erat Ame-
lectus seu Adalbertus tertio gentis Habsburgensis noë
Ottobertus Comes Vindonispae et Altenburgi, Elsat. et
Brisiace Landgravius, conditor Monij S. Trudberti:

Eum Alsenburgi, seu in castro Vindonise habitasse scribit Jacobus Manlius in Chron. de orig. Imp. Maximil. obiit an. 677. uxorem ei Manzius tribuit Roximundam, alibi Euphemiam, Latus vero Luitgardin nominat, Guizonis Suevia Ducis filiam, Divi Galli precibus a Demonis obsidione liberatam, qua comitatum Namagensem etc. ad Henricum tuleris in dotem.

Quorum liberos Latus et Gebviterus unicum genuisse filium Babonem volunt, alij vero quatuor ipsis tribuunt, Babonem, Ottoberum II. Rembertum, et Obertum Augia abbatem: Manlius, cujus sententia veriore arbitror, duos nominat, Ambrinctum seu Ambertum, et Rothardum; Rothardus vero, quem alij Rothkerum, quidam Rothbertum nominant, edificavit Rothasburgum, cujus ruina et rudera adhuc exstant, in jurisdictione et bonis Monasterij S. Truperti, et obiit

NB.

III. Ambrintus seu Ambert, comes Vindonise et Alsenburgi, ob. an. C. 688. De ipso et de Rothardo fratre memoria alia nulla reperitur, quam quod, monio S. Truperti amplificato, prope illud Ambringen condiderit

IV. Hettobert, insignis miles, interfectus est in bello Alemanico inter Marcellum et Manfredum gesto, an. 724. reliquisse 3. filios scribitur, Rambertum, Gebbonem, Hettonem; Gebbo Alsatiam tenuit, et in propagato stemate obiit. Anno C. 767. Hetto III. filius in D. Pirminij disciplinam se tradidit, et in Augia Benedicti Ordinem professus, maxima de se opinionem virtutis etiam in adolescentia suscitavit, adeo ut eum Pirminij a Theobaldo Goffredi Hemanis Ducis filio peteret, et constitutus sit secundus Augia Abbas, relegatur in, postea ab eodem Duce, sed restitutus a Carolo, brevi ex

abbate Epus Argentinensis factus e, ejus laudes vid.
apud Guillim. l. 7. c. 11. Monria aliquot valde locu-
pletauit, in primis etiam Schuffaria, quod magister
ejus Pirminius fundasse legitur: cffi alij Rethardum,
Alfatic ducem Monrij hujus fundatorem primum fa-
ciant an. 724.

V. Rambertus I. Hettoberti filius Altenburgi et in Bri-
sica dominatus e; Monrium S. Truperti instauravit
magnis sumptibus, ita ut conditor secundus a po-
steris vocari et honorari meruerit, ob. an. 771.

VI. Guntramus /: de hoc nulla alia extat memoria,
quam quod fundamenta Arcis Seharffenstein jecisse
scribatur: / Sedem et habitaconem habuisse Altenburgi,
ut reliquos ipsius antecessores et posteros testatur
Manlius; sepultus pariter ad S. Trupertum an. 824.
Reliquisse filios Luitardum et Luitfridum /: huic
Altenburgum, Alfaticam et cetera obvenisse tanquam
majori, alteri Brisicam: / Tertij filij meminist Laetus,
quem Vifelinum seu Lanzelinum dictum ex aliorum
testentia affirmat, cum Lanzelinum aut Landolus
epa credit Guillimany, quem Trevirensis Elfia Archi-
epum fuisse recenset ex Gerardo. De Luitardo al-
tero filio dignum memoria aliud nihil reperitur,
nisi quod Gengenbach, Hercinia Monriid ante a Bir-
mino, ut alia plura ejus tractus, conditum multis
possessionibus auxerit, atq; adeo inter primos ipsij
fundatores numeretur.

VII. Luitfridus I. hujus nois, Guntrami filius ob.
an. C. 855. superstitibus liberis Luitardo II. Hugone
et Ermentruda, qua Conrado Burgundia minoris

Comiti seu Praefecto nupta Rudolphum I. sua Stir-
pis regem genuit. Conradum hunc Lazius Strettin-
gensis appellat, sed forsitan absq; ratione, ut videre est
apud Guil. l. v. c. v. De Hugone filio nihil apud
Historicos. Ermentruda filia, ut modo dictum, Con-
rado Comiti in uxorem data primum regem Burgundia
genuit.

VIII. Luitfridus II. cujus extat diploma apud Lazi-
um in quo vocatur comes illustris, et Ottoberum ac
Rambertum Majores suos appellat, multaq; donat Mo-
nasterio S. Truperti an. 900. de ipsius mortis a^{no}
nihil certi haberi potest: obiisse autem Fridus Maij
constat ex Epitaphio, quod Eberhardus I. Constant.
Epius n^o multis post mortem annis in lamina sini-
stro lateri primi Altaris infixam ipse posuit, quod
hic subiungere placuit:

Luitfridum comitem nobilitate percelebrem, hujus
loci Structorem S. Trupertus suus nosterq; Patronus
in sua susceptum tutela fidelis fidejussor Fridus Maij
Dno fideliter comendavit. Ex hereditario filius Luit-
fridus minor natus Elsatia et Brisgavia profuit.

Hugo Aether in societate comitum ab Hurvingo con-
didit Monasterium Ord. S. Bened. in Elsatia Vogasi valle
Villeriana, haud procul Stessadio quod de suo nomine
Hugeshoven nominavit, in eo etiam ipse sumpto or-
dine, ut quidam asserunt, profuit magna ea tempesta-
te apud omnes dignitate et reverentia.

Ab hoc Lazius Rudolphum I. Burgundia regem et posse-
ros deducere conatus est.

IX. Hunifridus filius Luitfrido, nois hujus primus,

Ipsius magnam fuisse claritudinem scribitur: Monrium
 S. Trudperthi, qui Hunnorum barbariem in Alemannia
 iam senserat, et majorem adhuc crudelitatem formidabat,
 manibus cinxit. Ob. an. 918. relicto unico herede Gun-
 tramoll. sepultus apud S. Trudperthum. Guntramyll. cogn.
 nomen, quia post Luitfridi patris mortem omnium eand
 ritionum dominus factus est, Ob. an. 946. Kal. Apr. Latus
 duas uxores ipsi tribuit, Brigantinam ex comitibus
 Montfortis, alteram Itham, Adelberonis comitis Cel-
 vensis filiam: Tot et eadem Eylzingerus, Heuternus,
 et alij filios quatuor Dezonem gentis propagatorum:
 Gunzelinum seu parvum Conradum Ergovia comitem,
 Bertilonem idum in Brauchberg et Scharfenstein, Ge-
 bizonem Basil. presulem, auctorem Canobij Wissenau
 prope Ravenspurgum.

Sed Jacob Manlius se ex variis documentis et scri-
 pturis tres tantum Guntrami filios reperisse afir-
 mat, scil. Bertilonem ex antiqua, in qua depictus
 adhuc ad S. Cyriacum tabula; Birkhilonem seu Bertil-
 onem, Gebizonem seu Gebzonem, qui conjunctis opibz
 Monrium Sulzburgense in Brisgoia condiderunt sub
 Ottone III. ubi etiam omnes sunt sepulti.

Ad Bertilonem quidem quod attinet, fit ipsius mentio in
 tribus instrumentis: primum loquitur de Fundacone Mo-
 nasterij Sulzburgenfis, secundum de donacone Slienga,
 notu in Brisgoia vici facta Hildebrando Ep'o Worma-
 liensis, tertium continet confirmaconem mutaconis et
 ejusdem pradij, quam idem Hildebrandus cum Gregorio
 Eremitarum abbate fecerat.

Scribitur quoqz Monrium Monialud, quod postea in

Collegium Canonorum mutavit, in honorem S. Margaritae ad amnis Elfa ripam, cui ex circumjedis sylvis Waldsich mansit nomen, fundasse, vixisseque adhuc cum fratre Gebzone an. C. 1008. Est igitur Berthilo hic Fundator dicti Monij Sulzburgerensis, Juvencus /: bin nün altuo knüpfus Lwinst unldub: / das Wist Laisal den Obvighnilt gafalt, das tou Nagla sind gatorfau den Gatoru den Wfabung unch und unch, byd Lutzflif Diethren v' Woffan nün v' Wfabung zum Lönib gatorfau, und ulfo unis mitlogt worden. Lutzflif set ab Murggwart Hefz den Gofzbaug notauist zu sein in der Wacht im 800. Maud selbnd Lötignit und gabat fongbüungu Lwandit und gairiglt, was aufstörifung dat Gairig Löniglt. Gab zu Lönigru Jucum Linbu Ofium Ulrichu v' Deswartzrubug, Gnar Gaus Desuniliu im Jost, H. Distrius Jost Jofu Lounad Sintuich Desuniliu zum Högus, Gaus Lüskaostu v' Waispungg, und Gnarum Desuniliu. Act. in die S. Maria Magdal. an. 1088.

XI. Bezze seu Bezelinus seu Vexelinus, quem alij Landolum seu Lanzel, frequenti literarum D. et L. apud Germanos mutatione nominant, Guntrami divitis natu major filius excepit è vivis an. 991. 24. Non. Apr. Indict. 11. sepultus Sulzbergi, in aedibus Capituli veteris, quod Monrius ipse cum fratre Bertilone condidisse creditur. Quidam existimant, ab eo etiam oppidum juxta positum, constructum esse; sed verosimilius est, illud postea ex ipso Monrio natum. Ego

inspectis literis Fundationis, ut et confirmacione Otto-
nis, Henrici I. et Rudolphi I. Imp. de annis 994. 1004.
et 1287. reperi, n̄ Dezelinum, sed ipsius fratrem Ber-
tilonem moniud hoc fundasse; ita enim incipiunt li-
tere fundacionis: Notum sit presentibus scil. et futuris,
qualiter Ego Berthilo pro remedio anime mee Mona-
sterium in honorem S. Cyriaci Martyris in loco, qui
dicitur Sulzberg, construxi, ubi requiescere usq; in
diem iudicii cupio, prædiag; qua hereditario jure vi-
sus sum habere in Wilre, in Kikella, in Rimsingen,
in Ruten, in Vorstetten, in Dufingen, ad profatum
locum tradidi.

Lazius in Commentariis suis ipsi
filios ex diversis uxoribus prognatos tribuit, R. Geb-
hardum ex monacho Hirsaugiensi Constantiensem Pra-
sulem, Rapolonem Ergovia comitem, Stirpis propagato-
rem, Rudolphum Sundgavia comitem, auctorem Ca-
nobij in Otmarfen, et Dezelinum comitem, et Ri-
chensam comiti a Lenzburg ad Arulam nuptam.

At vero in migratione gent. C. 8. uxorem illi dat
à Sonnenberg, et ex ea filios tres, Wernerum
Antistitem Argentinensem, Rudolphum et Rappotonem
fundatorem Muri Monrij in Ergovia. Gerard
de Hop filios illi 7. tribuit ex variis quoq; uxoribus.
Eyzingerus tres ponit. Chronica Helvetica 14. se
reperisse scribit, recensent. Sed Guillimanus ex
monumentis Murensibus quatuor reperisse scribit.
1. Rappotum. 2. Wernerum. 3. Rudolphum. 4. Lan-
dolum jun: quam Sententiam et ego amplector.

De Rudolpho, qui nihil in scriptis relato dignus
habetur, conijcere licet, illum aut in pueritia mor-
uum

tuum maturè, et calibem finire vitam.
 Wernerus, II. filius factus è Epus Argent. hic conditor
 creditur arcis Habsburg, ab eoz, Habsoti filios, il-
 lonumq; descendentes cognominari voluit: Et si alij
 adificaconem arcis dicte ipsi Habsoto tribuant, ut
 ex supra posita prefatione mea videri potest. Obiit
 autem in legatione Constantinopoli an. C. 1026.

Hatboldus, seu ut alij Habolus, qui ex Comitibus Alten-
 burgicis omnium primus se comitè Habsburgensem à no-
 va arce appellavit, vocariq; voluit, divitiis et po-
 tentia clarus, obiit 1077. a quo Comites Habsburg usq;
 ad Rudolphu I. Imp. et ab hoc hodierni Comites Au-
 stria Serenissimi continua serie descendunt, quorum
 Genealogiam alij operose scripserunt et illustrarunt,
 nisi Illiada post Homerum scribere voluisse videar,
 cubens hoc loco omitto.

XII. Landolus seu Lanzelinus II. comes Brisiana
 post obitum fratris Epi Argent. qui in legacone Constan-
 tinopolitana vitam cum morte comutavit, tutelam
 filiorum Habsoti fratris sui suscepit, ut et advocatiò
 Monrij Murensis, donec ex fratre nepotes adolesce-
 rent, de ipso forsàn, quia illi non adeo multorù an-
 norum vita fuit, infrequens in Actis mentio, nisi
 quod 1026. obiisse et conditor Ducum Zeringensium
 credatur, quorum Genealogiam, qui ad eum Mar-
 chiones Cadenfes originem suam referunt h. l.
 breviter recensere opere pretium me facturum spero.
 Habuit autem Landolinus hic duos filios, Luit-
 pertum, qui comes Zeringia dictus fuit, et in

uxorem duxit filiam Humberti I. Comitis Sabaudia,
alterum Bertholdum, à quo Duces Zeringia et mar-
chiones Bad. orti, qui sequuntur.

XIII. Bertholdus I. Zeringensis, Dux Carinthia, ex
uxore, ex patre vero comes Nebergia et Brisgoia: a
Githemio nominatur Dux Alemannia, ob. an. 1078.
sepultus Hirsugia. Uxores habuit duas Richvaram Mar-
chionisam Carinthia et filiam Ludovici Comitis ex
Sophia matre Mechtilda gloriosa Sorore, mortuam an.
1092. 8. Cal. Nov. prior ipsi peperit Giselam, conjugem
S. Ladislai Regis Hungarorum, et Bertholdum II. Ze-
ring. posterior vero Gebizonem v. Gebhardum et Her-
mannum Marchionem.

Gebizo seu Gebhardus, minor natus filius, factus est
primus Monachus Hirsugiensis, deinde Epus Constant.
et Pontificis legatus per Germaniam. ob. 1110. Ber-
tholdus autem major natus filius et secundus hujus nominis
Dux Zeringensis et Alemannia ex promisso Henrici IV.
Imp. retinet Brisgoiam et Nebergiam ex Socero Dux
Burgundia minoris et Comes Rheinfelda, fundator Ca-
nobij S. Petri, mortuus è an. 1104. 12. Apr. Uxorem
habuit Agnetem filiam Rudolphi Ducis Suevia et
Rheinfelden, qui electus erat in Casarem contra Hen-
ricum IV. ex ea suscepit tres liberos, Bertholdum III.
Ducem Zeringia, qui patri successit. Friburgum Bris-
goia ex pago Urbem fecit an. 1118. occisus è Molzhe-
mij à civibus in transitu an. 1122. 19. febr. Uxorem

habuit Sophiam sororem Henrici superbi Guelfi
 Ducis Saxonie et Bavaria, qua post mortem mariti
 nupsit Leopoldo Stirie Dño, ex quo mater facta est
 Odomari I. marchionis Stirie; Agnesiam uxorem Ste-
 phani comitis Burgundia, qui Guilielmi erat filius,
 et Conradum: Is successit fratri Bertholdo III. sine liberis
 mortuo. Regnat in Neckergoia, Brisgoja, Rheinfelda,
 et Burgundia. Uxorem habuit Clementiam filiam
 Gottofredi Namurcensis comitis, ob. an. C. 1159. 28. 26.
 relictis V. liberis masculis scil. Bertholdo IV. Conrado,
 Rudolpho, Adelberto et Hugone, quorum Conradus
 secundo genitus adolescens obiit; Rudolphus tertio
 genitus Epus Moguntinensis factus, sed rejectus et in
 Epum Leodiensem electus est. Profectus cum Friderico
 Barbarossa in Syriam et reversus Herdera villa prope
 muros Triburgi in Brisgoia mortuus est an. 1190.
 Hugo minor natus seu quintus filius, Dominus mil-
 lorum pradiorum et feudorum in Brisgoia sine liberis
 decipit, relinquens fratrem Adelbertum in feudis Suc-
 ceporem, in reliquis bonis alios heredes. Adelbertus
 quartus filius ex paterna hereditate retinuit Tec-
 cum, inde factus et dictus Dux Teccensis. Uxorem
 habuit Clementiam, Henrici Leonis Guelfi filiam.
 Et ab hoc Adelberto descenderunt usque ad an. 1434.
 quorum postremus Ulricus nōc mortuus est, qui fuit
 in conjugio Ursula Marchionissa Badensis, qua fuit
 neptis Rudolphi Longi seu magni, filia Bernhardi
 Marchionis Badensis.

Bertholdus IV.

Primogenitus Bertholdi III. filius successit Patri dicitur
 Burgundia et Zeringia dux, condidit Friburgum in
 Helvetia an. C. 1170. fecit quoque fundamenta Urbis
 Berna an. C. 1181. electus frustra Caesar contra Philip-
 pum mortuus 1186. 8. Sept. uxorem habuit Helwigam,
 ex qua suscepit filium Bertholdum V. et filiam nōc
 Agnetem uxorem Eginonis comitis ab Ura seu Hura,
 et heredem fratris in Sringoia. Ex ea orta est familia
 comitum à Friburg et comitum à Fürstenberg, quoniam
 prima scil. friburgensium in Joanne comite 1158. ex-
 tineta est, postquam 240. años durasset, posterior autē
 scil. comitum à Fürstenberg adhuc viget, floret, viuet,
 et crescit.

Bertholdus V.

Quintus hujus nominis Zeringia dux ultimus absolvit
 à patre fundatam Bernam: mortuus an. 1218. Kal.
 maj. non relictis liberis, nam licet ex uxore Itha,
 qua filia fuit Mathai comitis Flandria duos filios
 Fredericum et Bertholdum VI. genuisset, ambo tū
 patrem morte praecesserunt, et in pueritia, fraude
 Novera, veneno extincti sunt, et ita stirps Ducum
 Zeringia interit, postquam 120. annos claruisset

XIV. Hermannus I. Bertholdi I. filius, marchio
 simpliciter dicitur, quam dignitatem Caesar Henricus III.
 ei largitus fuerat. Is rerum divinarum amore et
 studio, quin imo ejusdem tempestatis adeo sede,

turbida, profana, et impia Ladio et respectu,
 quam potuit secretissime nullis omnino, praeter con-
 jugem, qua illi Hermannum II. propagatorem mar-
 chionis Bad. genuerat, confusus, cum eadem suas res et
 communem sobolem comendasset, Cluniacum in Burgun-
 diam se surripuit, et ibidem factus monachus velut
 Trithemius scribit in Chron. Hirsaug. ad an. C. 1082.
 in vita Wilhelmi abbatis, pastor pecorum Montij ejusdem,
 moritur, teste Bertholdo Constant. Ep'o an. 1074. Cal-
 elaij. Uxorem habuit dissipatam et potentissimam
 feminam, fundatricem novi Montij Hirsaug. post
 primam fundacionem. Vid. Math. Nader. Sancta Vol.
 2. c. 67.

XV. Hermannus II. marchio fit ex uxore Badena Do-
 minus, primus inter marchiones Bad. autor et parens
 Marchionum Bad. et Hochberg. In literis Bertholdi II.
 fratruelis, III. patrueelis, Hermani Marchionis p. m. fi-
 lius 1099. et 1114. In literis Murensibus de an. 1114.
 legitur ut testis. fundat Ecclesiam et Preposituram Ba-
 thenam 1116. moritur an. 1120. sepultus ibidem. Ante
 dictam uxorem circa annum 1100. marchio in Limpurg
 s. arce Brisgoia in marchionatu Hochbergius infra
 Brisacum et oppidum Buretheim supra In Weisweil
 sita, hodie in Dominio comitis de Tubing. nominatus
 est, sed postea marchio Dominus in Baden, necenim
 Hochberga, quamvis eam possideret, asprimebat in situ-
 lum. Uxor ejus fuit Juditha filia et haeres Comitatus
 Bad. sepulta cum marito in Batsenau cum sequenti
 Epitaphio:

Filia fundantis jacet hic Juditha sub urna,
 virgo severis matris nomen, ut ante fuit.
 Ex tumulo hoc quondam suaves existere odores,
 ut pia plebs sanctam prædicet alys puellam.

XVI. Hermanus III. Inter Badenses verò II. interfuit
 fundatori Herrenalbs: 1168. Dominus simul in Hackberg.
 Marchio Veronensis et Dñus de Baden, mortuus an. 1160.
 Uxorem habuit Berchtam filiam Mathæi Ducis Lotha-
 ringia, vixit his temporibus Albertus I. march. Bad.
 Siquidem testis allegatur in diplomate Casares 1156.
 Sed an frater, an verò filius Hermani fuerit, certo
 fieri nequit.

XVII. Hermanus IV. inter Badenses tertius, miles et
 heros illustrissimus, Dom. Hochberga, vixit an. 1161.
 moritur 1190. in Syriaca Friderici Imp. expeditione
 Antiochia in legatione; Marchio Veronensis à Cæsare
 confirmatus. Ipsius fit mentio in Corpore Juris Civ.
 circa finem Codicis Justinianei in Constitutione, quo
 nominatur de pace Constant. composita inter Impera-
 torem Frid. I. filiumq. ejus Henricum, et quoddam no-
 biles Alemanis ex una parte, et civitates Lombardia,
 Marchia et Romaniola ex altera. Uxor ejus Bertha
 Comitissa Tubingensis, et si alij Irmentrudam filiam
 Theodoricæ Alsatia Ducis fuisse scribant. Constat
 inter cetera, tres reliquos filios et filiam: Her-
 mannum V. Fridericum I. et Henricum. De Friderico
 fit mentio in diplomate, nec non in literis Casaris
 de an. 1207. 1210. 1216. ubi Fridericus frater Hermannii
 et inter testes allegatur.

XVIII. Hermanus V. Hermanni IV. filius; hic cum fratre Henrico regiones divisit paternas, et Hermano badensis ditio, inde ipse et descendentes ejus Marchiones badenses dicti: Henrico vero Brisgoia et praecipua arx Hochberg: unde etiam Marchionum Hochbergensium nomen et initium: in divisione obligit, et marchiones de Hochberg seu Hochbergenses dicti sunt, ijdem iterum in duas familias divisissent in Hochbergensem et Goetelensem seu Susenbergicam, quarum haec in Philippo an. C. 1300. Hochbergensis vero cum Ottone Heponis filio, an. 1415. extincta est, utraque familiam et personas, qua in qualibet vixerunt, breviter huic libro inserere placet, ut etiam memoria illarum consulatur, et series historia constet clarius.

Henricus I. Postquam igitur dictus Henricus facta divisione cum fratre Hermano V. marchionatum Hochberga et ditiones Brisgoia adeptus est, titulum marchionis badensis omisit, ejusque loco novum sibi marchionis de Hochberg, quem majorum suorum nullus sibi adscripserat, assumpsit. Post mortem Bertholdi ultimi Ducis Zeringensis factus est à Friderico II. Landgravius Brisgoia 1218. mortuus est 1251. Ex qua familia uxor ejus fuerit, incuria antiquitatis nosse prohibetur. Constat tamen ex MS. quod vixerit adhuc vidua an. C. 1251. Sicut, qui putant, fuisse Agnetem Comitissam Habsburgicam, ex qua nati Hermanus I. Hochberg. Landgravius Brisgoia an. 1248.

Rudolphus I. Hochberg. Landgravius Brisgoia, qui vixit
 1229. 1248. Ex hoc Rudolpho Inatus Henricus Mark.
 et Dñy in Hochberg. Landgravius Brisgoia, dictus anti-
 quus; hic Henricus II. vixit an. 1267. 1285. con-
 jugem habuit Annam, cujus in familia ex negligen-
 tia seculi illius hominum, qui posteritati parum cu-
 rarunt, ignoratur. De hoc Henrico Manuscriptum quod-
 dam et ex Alberto de Argentina, ut videtur, desumptum
 refert: Cum Rex intellexisset, cum parè admodum vivere,
 interrogavit illum, quidnam comederet, cui Henricus
 respondit: Suos comedere in prandio unum pulmentum
 cum carnibus, se et uxorem unam caponem, quo
 cibo essent contenti: quodsi quis ex suis plus de-
 sideraret, ei liberum esse, ut alibi, ubicunque ei
 placeret, plus acciperet. Habuit duos filios, quo-
 rum in literis mentio fit, Henricum III. et Ru-
 dolphum II. qui adhuc vixit 1296.

Henricus III. huius nominis Marchio in Hoch-
 berg, Comes provincialis in Brisgoia et Susenberga.
 Dicitur à Rudolpho Imp. an. 1188. Landfurr in
 Soudyru. Dux exercitus in militia Cesaris con-
 tra Ottocarum Regem Bohemia, quo in bello in-
 signi stratagemate usus est, mandavit enim mili-
 tibus suis, ut in pugna se clamante: hostes fu-
 gere, omnes quoque identidem exclamarent: fu-
 giunt, fugiunt; id cum factum esset, et ex hostibus
 quidam alibi à suis fugam iniri crederet, omnes ferè
 fuga saluti consuluerunt, et Cesar insigni vi-
 ctoria positus est: quo anno mortuus sit, n' constat.
 Uxorem habuit Annam comitissam de Jena, ex

qua suscepit sex liberos, Henricum IV. Rudolphum II. seu III. Hermannum II. Kunigundam, Agnetem, et Elisabetham, qua posterioris nata filia Moniales sunt facta in Adelhausen propè Friburgum.

Hermannus II. Ordinis Rhodiensis per Germaniam Prior, a^{no} 1318. obiit, et an. 1321. Id. Apr. sepultus friburgi in aedibus Johannitarum, qui ibi in suburbio conspicitur, fuit nominis huius inter Hochbergenses secundus. Agnes nupsit Walthero à Rickenberg seu à Reiffenberg an. 1309.

Henricus IV. et Rudolphus II. ditiones paternas dividerunt, Henricus Hochbergam cum vicinis pagis, Rudolphus Susenbergam et Landgraviatum Brisgoia ac Susenharda obtinuit. ab Henrico Marchione Hachbergenses, et à Rudolpho Marchione et Domini in Susenberg, post dicti Roetelenses, orti fuerunt. Hic Henricus propagator Linea hochbergensis post obitum fratris, qui a^{no} 1313. contigit, tutelam filiorum eius suscepit an. 1314. vixit ad an. 1324. Uxorem duxit Agnetem filiam Ulrici comitis de Hohenberg an. 1310. ex ea nati sunt Henricus V. et Hermannus III.

Hic Hermannus III. Sacerdos, locum tenens Magistri et Conventus Equitum Hierosolymitanorum per Germaniam, mortuus an. 1376. 3. Kal. May, sepultus friburgi.

Henricus V. major natus filius, marchio in Hochberg, Dominus in Kenzingen ex beneficio Baronis ab Usenberg affinis vivit adhuc an. 1355. et 1368. Ex Uxore Anna, filia Burcardi, Dⁿⁱ de Usenberg

suscepit tres filios Ottonem, Hesponem, Johannem,
et filiam Kunigundam, qua nupsit Baroni à Cylois.

Otto militavit Leopoldo Austriaco, occisus cum
eo in proelio Sempachiano an. 1386. 7. Id. Jul. se-
pultus in Monasterio Thennebach. Ex uxore Malthe-
ri opulenti Baronis sorore suscepit filiam Ameli-
nam, qua nupsit Joanni Ritzken Equiti aurato, et
recepit impropolis.

Johannes alter filius Henrici Heztingensis in
calibatu mansit, factus prefectus Austria Ducis
in Eendingen an. 1361. mortuus 1411.

Hespo minimus natus emit Hohingen Baronatus,
mortuus est an. 1409. Majo. Uxor fuit Margaretha
filia Conradi, comitis Palatini in Tübingen, ducta an.
1381. cum dote arcis Herrenberg, ex qua nati

Henricus VI. Sponsus Margaretha filio Martini Mal-
teri ex matre Anna comitissa de Thierstein, qua
nupsit post Casparo à Klängenberg; Henricus enim
obit Sponsus.

Hespo II. mortuus an. 1406. 13. Maj.
Margaretha uxor Friderici comitis à Leiningen,
ducta 1405. ex qua suscepit Frid. Hesponem et Fri-
uricum minorem Leiningenses, et filiam Marga-
retham.

Otto II. vendidit Marchionatum cum Hohinga Bern-
hardo marchioni Badensi agnato suo an. 1415.
fuit prefectus in Eendingen: mortuus sine
uxore et liberis an. 1418. cum eo defecit linea Hoch-
bergica.

Rudolphus III. alij IV. frater Henrici IV. Land-
gravius Brisgoia et Susenkarda vixit an. 1299.
et 1301. moritur post annum 1313. ex quo nati

Henricus VII. Anna nupta 1318. comiti fribur-
gico, sepulta Friburgi ad Dominicanos. Rudol-
phus IV. alij V. factus Comendator in Hohenheim
Ordinis S. Joannis 1325. obiit 1345. Kal. Junij,
sepultus Friburgi.

Henricus VII. natus major Rudolphi, marchio
de Hochberg, Landgravius in Brisgoia et Susen-
harda, dominus Raetela, ex donatione inter vivos
Lutholdi postremi Domini Raetela, Praepositi Ba-
siliensis, Landgraviatum Brisgoia oppignorat
Friderico comiti friburgico in dotem sororis Annae
pro 800. marcis argenti an. 1318. de consensu Im-
peratoris Ludovici IV. /: ergo feudum fuit /: qui
Landgraviatus variis modis alienatus et devolutus
fuit, et nunc in hanc, nunc in illam familiam
transiit /: nego hoc /: saepius etiam ad marchiones
Nachburgenses rediit, qui tamen dignitatem hanc
non magni aestimasse videntur: quia an. 1395.
Rudolphus marchio Nachberg. Conrado comiti fri-
burgensi et ipsius liberis eundem locavit pro
uno accipitro, id est, nimm Gurbist, Inu nu ull
jasa, win dno Brinjt Sasubus In Pluninburg
in namulbam jasa aufganusst, laubot,
Zus notnuttun. Ino nignuttfirmus Inu Anrog-
gastun gabun soll. Moritur hic Henricus circa
an. 1334. relictis duobus filiis Ottone III. et
Rudolpho V. seu VI.

Otto III. Marchio Hochbergensis, Landgravius Susen-
bergensis, Dominus in Raetelen donat omnia Rudolphi
filio ejusdem nominis Rudolpho /: VI. seu VII. /: uxor
ipsius fuit Elisabetha filia Ameri Comitis de Srap-
berg, qua moritur circa an. 1350. Otto vero obiit 1384.

Rudolphus V. seu VI. Landgravius Suseharda, Dñus
 Roetela moritur ante fratrem an. 1356. Uxor fuit
 Catharina comitissa à Thierstein, qua adhuc vixit 1381.
 Sepulta Basilea in sumo templo, ubi Epitaphium ejus
 à S. P. 2. Basileensi in memoriam ipsius positum, etia-
 num hodie videre licet. Ex qua natus Rudolphus VI. al.

VIII.
 Rudolphus VI. seu VIII. marchio de Hochberg, Landgravius
 Susehard. Dñus in Roetelen, primum cum Ottone patre,
 postea solus Dominus moritur an. 1428. Dominica 1.
 post Purificationem Mariae inter 3. et 4. pomerid. Uxores
 duas habuit, prima fuit Adelheida filia Sigismundi Dñi
 à Liechtenberg ducta an. 1379. mortua 1386. sine liberis.
 Altera fuit Anna filia Eginonis Comitis friburgi, ducta
 an. 1387. ante Bachanalia, qua ipsi 8. Liberos peperit,
 qui sunt Verena nata die Lucia 1392. nupsit Heinricho
 de Fürstenberg 1419. Rudolphus VII. Cal. oct. qui mortuus
 ante ratum 1420. natus 1397. dictus flos pietatis et
 justitia. Otto IV. factus Epus Constantia an. 1411.
 natus 1388. ob. 1429. Agnes, Catharina et Annaton. + et Margaretha
 neres Basilea moniales ad S. Claram. harum tres peste mor-
 tuae 1420. Wilhelmus.

Wilhelmus hic solus haeres paternarum ditionum,
 qui natus an. 1406. die Domixica ante Margaretha,
 obiit 1444. Uxor Elisabetha Wilhelmi comitis Mont-
 fortij, vidua Curadi comitis Nellenburgici, mortua
 an. 1458. ex qua nati Rudolphus VIII. al. IX. Hugo,
 qui coelebs obiit. Ursula, uxor primum Truchsepsij
 1457. post Ulrici comitis Montfortij.

Rudolphus VIII. al. IX. marchio Hochbergensis, Land-
 gravius in Suev. Dñy in Roetelen, et ex Johanne ulti-
 mo comite friburgensi avunculo suo Landgravius Bris-
 goie, ac Dñus in Badenwiler 1458. Imperatore Frid. III.

Philippus alius IV. Romam proficiscens comitatus est an. 1457
 moritur an. 1487. die Joannis / forte Jovis / ante Pascha
 etate paulo supra sexaginta annos. Uxorem habuit
 prestantissimam heroinam Margaretham, gallam comi-
 tissam de Vianda, ex qua genuit Philippum.

Philippus Marchio Hochb. Dñus in Roetelen et Ba-
 denweiler Landgravius in Suseberg, Comes Neoburgen-
 sis in Burgundia, Regis Galli Consiliarius et Guber-
 nator Mafilia moritur an. 1470. 7. Sept. Uxor Maria
 filia Amadei octavi Ducis Sabaudia ducta an. 1480. cupit
 matrimonij contrahendi meminuit Comineus l. 7. in
 edit. 20. Sleidani 1604. p. 557. legitur, Carolum Burgun-
 dum cupivisse hoc matrimonium, sed p. 559. Gallia Regem
 Ducis Sabaudia fratrem dehortatum esse à matrimo-
 nio dicto, verum se illam excusasse per filiam, qua non
 posset sententia dimoveri. Post ejus mortem Marchio
 natus Hochberg. unacum Landgraviatu Suseberga Dñus
 Roetelen et Badenweiler ex pacto gentilitio, et ratificatione
 Casarea duris tamen conditionibus / que in a Christo-
 phoro Marchione, et heredibus ejus nec laudata nec re-
 cepta sunt / ad domum Badensem pervenit;
 In pacto isto fit mentio, quod familia marchica Baden-
 sis et Hochbergica ab una eademque radice trahant ori-
 ginem, et in literis, quibus Otto hochbergicus Hebron-
 filius, ut supra dictum Bernardo Badensi marchiona-
 tum Hochbergicum vendidit, Bernhardus agnatus Otto-
 nis dicitur, ita ut dubium non sit, has duas familia-
 ab uno et comuni stirpate, ut ex iis, qua hucusque
 ex ipsis Archivis et authenticis monumentis fide-
 liter collegi, manifesto apparet, profluxisse, et do-
 mum post Philippum hunc in unam eandemque stirpem

rusus quoque coaluisse. Sic volente et disponente re-
verendo moderatore et arbitro Deo, qui regna Principibus
distribuit, prout ipsi lubuerit. Post hæc tempora
Marchiones Badenses Hochbergam quoque assumpserunt
in titulum unacum possessione, atque etiamnum hodie
iure sanguinis et hereditario utuntur.

Johanna filia unica Philippi, facta uxor Ludovici
Aureliani Ducis Longovillani in Gallia, ex regia fa-
milia an. 1504. ex qua hodierni Duces Longovillani
descenderunt. Et hic defecit linea Marchionum Hochberg-
Hörselensium, qua etiam hic relicta ad Badensem regre-
diemur.

XIX. Hermannus V. cogn. parvus / alius pius, alius
bellicosus / inter Badenses hujus nominis IV. titulatus
fuit. Hermannus marchio Veronensis, Dux de Baden
hu dictus de Batha, auxit dominium Forzena, Dur-
laco et Ellinga ex patrimonio uxoris; pater hunc et
Egironem comitem friburgicum, orta est contentio
de argentifodinis, et custodia ferarum regnante Hein-
rico, qui unacum proceribus Imperij iudicat 1234.
Ann. l. i. Jur. p. c. 9. §. 26. mortuus est an. 1242. Kal.
Febr. Conjugem habuit Ermengardam, Henrici Electoris
Palatini et Ducis Brunsvicensis filiam, fundatricem
Canobij in Lichtendal 1245. uti seqq. lithmi hæc de
re circa ea tempora conscripti iudicant:

Annis transactis XLV mille ducentis
Alma palatina fundavit laude supina
Tunc Ermengardis hoc claustrum lucida vallis,
Lucet per mores, virtutes, res et honores.

Vixit adhuc an. 1259. ob. Kal. fuit soror Agnetis, qua

in domum Bavaricam nupta transulit eo, ut
primogenita, Electoratum. Ex ea nati Rudolphus I.
Elisabetta Irnegarda et Hermannus VI.

Hermannus inter Badenses VI.^{ty} qui factus ex uxore
dux inferioris Austria in Moettingen, crudelis et
impij Ducis Austria, Vidua marchionis Moravia, no-
mine Vladislaj, qua tertio nupsit post Hermannus V.
mortem Romano Ruspia Principi, et multum ab Otto-
caro Bohemia rege investata est: Itaq; Hermannus
hic usq; ad mortem Austriam tenuit, et Vienna qu-
bernavit; Universam tamen Austriam ob factis-
sam Copringorum seditionem, ut et Comitum de Har-
dec redigere non potuit: Veneno extinctus creditur,
et sepultus est in Canobio Noviburgico, relicta filia
Agnete / uxore primum Ulrici Comitis Ortenburgico,
Ducis Carinthia, deinde Ulrici Comitis ab Heimburg
in eadem Carinthia: / et filio Friderico, marchione
Badensi, et Duce Austria, qui captus in bello cum
Cognato Copradino, ultimo Suevia Duce et Sicilia
rege, afficitur capitis supplicio à Carolo Andegavensi
gallo injusto occupatore regni siculi, qua cladis mi-
tium finemq; nobilissimis familiis Suevia et austriaca
prima attulit, an. 1269. 28. oct. Quem calamitosum
miserorum juvenum exitum, ac crudelen fragoriam
graphiè describit Gerard de Rop in historia austriaca L. 1. ex
Collenutio et Heinricho Gundelfingero Constantiensi
in Chron. austr. item Paulo Amilio de gestis Franco-
rum L. 7. Aventino L. 7. et aliis. Epitaphium ab
Andegavensi positum, Conradino hoc est: Asturis
unge Leo pullum rapiens aquilinum hic depluma-
vit, a cephalonq; dedit XX.

XX. Rudolphus dictus senior marchio Veronensis, Dominus de Baden, moritur an. 1288. die S. Elisabetha 19. Nov. Uxorem habuit Kunigundam filiam Ottonis, comitis ab Eberstein, heredem ex parte mortuam Kal. 10. Maj. De hoc Rudolpho dici existimo, quae ab Historicis quibusdam narrantur, quod nimirum cum Bobone Burcardo de Heigerloch, et Rudolpho Apsperburgensi, à quibus Eppingen et Oberkirch: quae duo oppida ea tempestate Marchioni Rudolpho subjecta erant: incendebantur, fortiter pugnans, egregiam victoriam reportaverit. Ipsius Epitaphium et sepulchrum Bada, ac in vicino monasterio Lichtendal diligenter quaevisi, ac reperi in capello veteri jam dicti monasterij ante superius altare, sequentem scripturam lapidi incisam referens: an. Dom. 1280. Rudolphus senior Marchio de Baden in die S. Elisabetha. Ex eo nati sunt Hermannus VII. propagator familia, de quo infra num. XXI. Adelheida abbatisa in Lichtendal 1263. ob. 1296. 17. Kal. Sept. Rudolphus major seu senior respectu fratris, qui etiam usus est titulo Marchionis Bad. et Veronens. mortuus, ut apparet ex MS. 1295. 13. febr. die S. Valent. Uxorem habuit Adelheidam, sororem Ottonis, comitis ab Oxenstein, mortuus an. 1322. 2. febr. viduam comitis de Strasberg. Rudolphus minor seu junior, mortuus an. 1322. 2. febr. Uxor ejus fuit Juditha, comitissa de Strasberg. Imengarda, Uxor Eberhardi comitis de Wurtemberg vivit an. 1301. Heppo filius Rudolphi I. tertio genitus, marchio Bad. in Durlach. obiit circa an. 1318. Uxorem habuit Imengardam, filiam Ulrici comitis Wurtembergici, ex qua nati Hermannus Clericus et Rector Ecclesiae in Gröningen et Rudolphus IV. dictus Heppo, marchio Bad. in Durlach, Mahlberg, et Besingheim, moritur anno 1325. in

octava S. Laurentij. Uxor ejus fuit Johanna
comitissa Montisbellicardensis, quae post mortem ma-
riti nupsit secundo Comiti a Catten Mar-
chionem hunc opera Ruysserti palatini Liebenzellam
ab Erckingero, sive p[er] sua q[ui]busdam signatam urbem
occupatam recuperasse scribunt, Tyrannem de Surre-
aris celsissima precipitate an. 1296. Alij historiam
hanc parenti Hispanis tribuunt, quod tamen fides
chronologia non concedit.

XXI. Hermannus VII. Marchio Veronensis, Dñus
de Baden, regnat Badena, dictus marchio junior,
Ebersteinij Dominus, ex matre cognomento Weckerus,
primogenitus Rudolphi 1290. Uxorem habuit Agne-
tem sororem Conradi et Henrici comitum Vairinger
/ Liffor p. 158. ponit Geustam Anhaltinam: / de
Hermanno hoc narrari puto, quae leguntur in libro
quodam M. J. Collegij Suedelfingensis, Verba formalia
haec sunt: An. 1286. Marchio Hermannus de Baden,
et filij ejus, habentes plusquam 6000. armatorum
equitum et peditum cum Burcardo comite palatino
pugnarunt, prope Castrum Altenstaig ante asumpcio-
nis, ubi multi capti et interfecti sunt per N. de
Bulo et Dominus castri in vigilia S. Hiliani traditus
Castrum Altensteug. Hermannus hic tres ge-
nuit filios, Rudolphum propagatorem familiae.
Fridericum, Hermannum VIII. qui vixit an. 1296.
obit an. C. 1300.

Fridericus II. omisso titulo marchionis Veronensis
Marchio de Bada, et quia veterem arcem Eberstein
incolebat, Sive G[er]ardus Sive G[er]ardus dicitur, suc-
cedit patri primogenitus, moritur an. 1297. 10. Kal.

Julij, celeberrimus miles et Dux magnanimus.
Uxorem habuit Adelheidam comitissam a Beuchlin-
gam, qua vidua, facta est monialis in Lichtendal,
creata abbatissa an. 1336. mortua 1348. 11. Kal. Hac
genuit filium

Hermannum IX. marchionem de Baden, et Dñum
veteris Eberstein, unde dictus Dñs Marggrau von
Eberstein. Militavit Ludovico Bavaro Casari, ob. 1353.
id. April. sine liberis: nam Fridericus et Rudolphus,
quos ex Uxore Mechtilde filia Conradi comitis à
Vaihingen susceperat, ante patrem obierunt.

XXII. Rudolphus V. Canonicus primus Spirensis
1306. sed postea duxit uxorem, et cum fratre Friderico II.
hereditatem paternam divisit an. 1309. factus Dñus
in Forzen, militavit Friderico Austriaco Casari, et
deinde Henrico VII. Imp. ob. 1348. Kal. Jun. habuit
duas uxores, primus Lucardam viduam Alberti
comitis à Löwenstein, qua fundavit Hospitale For-
zensis an. 1322. obiit 1324. Ex hac quoque liberos
suscepit, sed ante justam etatem mortuos. Uxor
altera fuit Maria comitissa ab Oettingen, Land-
gravia Elfatia, soror Ludovici et Friderici Comitum,
vixit longe post maritum. Ex hac nati Fridericus III.
propagator familie. Rudolphus VI. cognom. Wecker,
qui militavit Carolo IV. Casari: obiit 1361. 5. Cal. Sept.
Uxorem habuit Adelheidam, filiam Ulrici comitis ab
Helfenstein, ex matre Walburga comitissa Bilingensi,
qua vivit post maritum 1362. sine liberis.

XXIII. Fridericus III. Rudolphi V. ⁴ⁱ primogenitus,
 marchio de Baden, studiosus pacis. Obiit 1353. 4. Sept.
 Uxor secunda Ursula filia Ulrici Ducis Teccensis,
 Uxor prima fuit Comitissa à Pfirt, qua obiit 1348.
 Uxor secunda Ursula filia Ulrici Ducis Teccensis ex
 matre Nellenburgica, ducta an. 1348. Ex hac nullos,
 ex priore binos Liberos suscepit, Rudolphum VII. patris
 successorem, Margaretham, uxorem Schafredi Comitis
 in Rixingen, qui filius erat Crismani Leiningensis.

XXIV. Rudolphus VII. marchio de Baden, à proveri-
 tale corporis dictus Rudolphus magnus, succedit
 patri an. 1355. et patruo 1361. factus solus omnium
 Badensium ditionum Princeps, educatus in aula Ca-
 roli IV. Caesaris, cui acceptissimus fuit: nam ipsi in
 plurimis bellis tam in imperio, quam in Bohemia,
 Italia et Gallia gestis egregia prestitit officia, miles
 prestantissimus et princeps celeberrimus, monasterium
 in Lichtendal magnis reditibus auxit. Bella cepit
 cum Würtembergico et Argentinensibus, eaq; ad feli-
 cem finem perduxit. Imperator ipsi Comitatum
 Lowensteinensem donavit, sed an acceptaverit, seu
 quomodo ab illo rursus ad alios devenerit, mihi
 non constat. Alia multa privilegia à dicto Casare
 obtinuit, qua incuria posterorum ferme oblitterata
 sunt. ob. an. 1372. 8. Kal. Apr. sepultus in Lichten-
 dal in capella veteri, ubi sepulchrum illius et
 effigies adhuc videtur. Uxor ipsi fuit Mechtilda
 Joannis Caci comitis Sponheimensis filia, qua
 post maritum adhuc vixit an. 1400. mater Bern-
 hardi

hardi I. et Rudolphi VIII. Marchio in Oberland.
 obiit sine uxore an. 1391. et Mechlilda, qua nupsit
 Henrico Hennenbergico 1384.

XXV. Bernhardus I. divisa cum fratre Rudol-
 pho VIII. provincia, se scripsit Marchionem Badensem
 in Forzen et Durlach 1388. sed mortuo fratre sine
 uxore solus heres 1391. magnus miles et laudatif-
 simus heros, ab Imperatore Sigismundo in summo
 honore habitus, quia ipsi in omnibus bellis hun-
 garicis et bohemis strenuam operam victrici
 sua dextera navavit. Hinc ab ipso Landgraviatum
 et urbes imperiales Brisgoia regendas et fruendas
 accepit; fuit ipsius bellidux generalis, et in pro-
 pria causa gessit quadam bella cum Argentina et
 aliis civitatibus: idem cum Ep'o Argentinensi, cum
 Palatino Duce Bavaria, Ep'o Spirensi, Dominis Ge-
 rodesiis, et pluribus aliis, plures quoque peregrina-
 tiones, inter quas hierosolymitana non minima fuit,
 feliciter perfecit. Marchionatum hochbergicum, Dy-
 nastiam Usenbergicam et Altensteigam emit, atque
 ita principatum paternum non parum auxit.
 obiit 1401. Non. Maij, sepultus in Herrenalba, ubi
 sepulchrum eius adhuc hodie extat. Uxor fuit Anna,
 ubi sepulchrum Beatrice comitissa Helfensteinia,
 mater scilicet 9. liberorum. N. Anna, que nata
 an. C. 1394. uxor facta est Ludovico Dni à Lichten-
 berg, ducta an. 1409. die sabbathi ante Domin: votem
 iucunditatis, dos fuit 8000 floren. donatio p. n. 16000 fle-
 z. Brigitha, que mansit caelebs, vixit an. 1441. re-
 nunciat omnibus bonis tam paternis quam maternis in

gratiam Jacobi fratris. 3. Ursula, qua primum
 uxor comitis à Jüngenhein, ducta an. 1423. nu-
 bit secundo Ulrico Duci Teccensi caes. 1426. ob. 1400.
 4. Mechtilda, qua moritur virgo 1402. 18. Apr.
 5. Agnetis, qua nupsit Gerharde Duci Slesvicensi
 1432. viduata 1437. pacta dotabilia facta sunt sic
 Luna post Ascens. dos 8000. flor. vixit adhuc 1453.
 quo frater Jacobus testamentum conscripsit, et ejus
 mentionem fecit. 6. Beatrix, qua uxor Emigij
 comitis à Reiningen, ducta an. 1415. in pactis do-
 talibus ipsi dati sunt 8000. floreni. 7. Marga-
 retha; uxor Adolphi comitis à Nassau ducta an.
 1412. adhuc vixit an. 1434. et 1428. quo anno ipsij
 filij Joannis mentio fit in litteris. 8. Bernardi
 II. Studijsi Bononiensis et Canonici Basileensis,
 qui sponsus cum Elisabetha Eberhardi comitis Wür-
 tenbergici filia ex matre Elisabetha Burggravia
 Norimbergensi, opera Sigismundi Cæsaris, sed mor-
 tuus est ante nuptias, et ante patrem. Elisabetha
 verò ipsius sponsa nupsit postea Joanni comiti à
 Werdenberg. 9. Jacobi, qui filiam familiam
 propagavit, patriq; successit.

XXVI. Jacobus Marchio Badensis et Hoch-
 bergensis ex patre mortuo Johanne postremo co-
 mite Sponheimensi, ex Avia jure comes Sponheimensis
 magne auctoritatis in imperio Princeps, qui, licet
 in Litterarum studiis non esset admodum versatus,
 Litteratos tamen unacum ipsis studiis summo opere
 dilexit, ac liberos in iis diligenter instrui curavit;
 Ecclesiam quoq; Badensem fundans, plurima

Ad Jacobum Marchionem Badensem. ad 57

Seint des Königs Karls in Brandenburg gunglin
an ison Deswegen den Marggraf Jacob zu Baden,
de dato Sonntag nach Pfingsten 1444.

Musson sunindlichen Dinst, und was wie guttes Ansehens
zue, Guldensonne Dinst, Liebes Dinst und Deswegen,
wie Chaspen nuf zu wissen, das Musson Liebes Gnes und
gunglin, was, und musson Ansehens wellenigund und gunglin
sinn, Non den Guaden Dinst, Substanzien Chaspen was
allzeit den nuf und Musson Liebes Naster und Ma
gunglin Dinst, In Musson Liebes Gnes Dinst lang
gunglin Dinst. Liebes Deswegen und Dinst, was Dinst,
des musson Gnes, In Dinst, mit alligen grossen
hainden Dinstgunglin und Dinstigen Nester den gunglin
Dinst gunglin, haben was Dinst salbe zu Musson
Gnes und Dinst gunglin, und ison so gunglin
und Dinstgunglin gunglin, so was haben Dinst gunglin,
das so plüze Dinst gunglin und gunglin Dinst, so Musson
Gunglin die Gunglin ison und musson Musson Ma
in den Dinst allzeit zu den Dinst den Dinstgunglin
gunglin gunglin, was gunglin, und was ison ison und
musson Dinst Dinst und musson gunglin gunglin
und das so musson Gnes den Dinst gunglin
Dinst Dinstgunglin Dinst, das so was in Dinst Dinst
von Dinstgunglin Gunglin, In Dinstgunglin,
was den ison und nuf was den musson Dinst,
Dinstgunglin Gunglin, und was nuf zu Dinstgunglin
den Dinst, Dinstgunglin Dinst Dinst gunglin,
was Dinst zu gunglin gunglin. Dinst gunglin
und den Dinstgunglin musson Gnes den Dinst, und
den Dinst gunglin und Dinst gunglin, mit gunglin
Dinst, den also was gunglin, und was nuf und
musson Dinstgunglin Gunglin gunglin, Dinst
gunglin, Dinstgunglin was Dinst gunglin Dinst,
so was so den Dinstgunglin und gunglin Dinst,
das ison Dinst gunglin Dinst. Dinstgunglin Liebes
Dinst und Deswegen Dinst was nuf Dinst Dinst,

nunf Sarrwanf zu wiffen, wann Gott weiß, daß
wies nimmu Vefreien alt iung, wu jafan wolltu,
alt ifo palbo, und Sarrwanf Aud gut und gneten
nimm, daß ifo, w bald ifo gutorfe tonent, daß in in
das woff nimmab Lantab ziafant, zu dem Horgnun
den Sarrwanf dem Dalgien ziafant, und ifo woffab
ffutru fieslangan und Sarrwanf unafun, daß no nimm
nimm noch den nimmab Sarrwanf Auswillen od Sarrwanf
zuaufun Lantab und in das Sarrwanf Sarrwanf
ffattand, so Sarrwanf wies gantzig, daß no das gneten
ffunfoll, alt no und das auf palbo wiganthuf
und unindlich ziafant. Gochyabocun
Sarrwanf Lantab Sarrwanf und Sarrwanf, Sarrwanf Sarrwanf
Gott Sarrwanf nimm Lantab ziafant. Sarrwanf
zu Sarrwanf in Sarrwanf.

monasteria ditissime dotavit. Bella gessit cum
 Palatino et aliis, de quibus loquuntur historici.
 obiit 1457. 3. Id. Octobr. Uxor fuit Catharina Ducis
 Lotharingia Caroli, et Margaretha Ducis Bavariae
 filia, ducta cum esset annorum 17. an. 1418. futura
 Lotharingia haeres, si Isabella major natu soror ante
 eam obisset: Aliquot tamen arcus in Lotharingia
 per matrimonium hoc nactus est, quae postea iterum
 a familia Badenfi ad Lotharingos exigua pecunia
 summa soluta pervenerunt: Mortua est Catharina
 haec an. 1439. 3. Mart. Sepulta in Ecclesia Badenfi,
 mater sex liberorum, scil. Caroli, Marci, Marga-
 retha, Georgij, Bernhardi III. Joannis. Ex quibus
 primogenitus Carolus patri successit, de quo infra
 sub N. XXVII.

Marcus, Canonicus Argentincnsis factus an. 1468.
 deinde Praepositus confluentinus, sed an. 1469. po-
 stulatus ad Episcopatum Leodiensem: moritur 14. Id.
 Sept. an. 1478. sepultus Argentinae in summa Cathedra-
 li Ecclesia, ubi legitur hoc Epitaphium: An. D. 1478.
 3. die Sept. obiit Illustris Princeps Dominus Mar-
 chicus marchio Badenfi, Canonicus Portarius
 Ecclesiae Argent. Orate pro eo. Marchio qui fueram
 de Baden, adis et hujus custos vermiculis sum
 datus esca levis, qui legis haec, discas, Carcarum
 flamina nullis
 Tonfuram accepit ab Ep'o Spirensi Vicario Petro 1445.

Margaretha Jacobi unica filia, uxor Alberti marchionis Brandenburgici Electoris, ducta 1445. pacta dotalitia facta 1444. feria IV. post Dom. Jubilate, testantur, quod ipsi dotis loco data sint 12500 fl. donatio p. n. vero fuerit 25. mille floren. morgentica 10. millia floren. Nuptia peracta O-nolzbaci, obiit ibidem an. 1457. Mater Johannis Brandenburgici, qui Electoralem Lineam propagavit.

Georgius ex Testamento patris marchio Badenensis in Mühlberg, Durlac, Ettlingen, Herrenalb. etc. Sponte cepit fratribus Carolo et Bernhardo an. 1454. pro annuis mille florenis, factus Clericus eligitur in Epum Metensem, in qua dignitate mortuus est.

Bernhardus III. Marchio Bad. in Pforzen, Eberstein, et Besigheim, Curialis Friderici Imp. fuit, eiq; desponsata Magdalena filia Caroli VIII. Regis Galliarum; verum cum hac promissio optatus effectum non haberet, cedit fratri Carolo omnes suas ditiones an. 1454. et factus est Eremita in seculis omnibus, obiit quoq; ignotus 1459. sepultus montis calerij in Ecclesia collegiata S. Mariae, in dioecesi Tauriensi, postmodum à famulo proditus, et propter miracula à Sixto Papa IV. inter Sanctos relatus, quo nomine adhuc hodie, praesertim ad S. Theodatum in Lotharingia colitur; antequam in numerum Sanctorum referretur, Guilielmus

Catyrus Archidiaconus Taurinensis mandato
dicti Papa in ipsius miracula inquisisse et 38.
reperita fuisse, testatur Fridericus de Salicetis Epus
Carpentoratesis, qui personas sub juramento exa-
minatas, nomina testatur, Bernardum resuscitasse
mortuos, claudos ambulare fecisse, contortos dire-
xisse, caecis visum Surdis auditum restituisse.
Librum miraculorum in Archivis Marchionu' Ba-
densium vidi, legi, et descripsi.

Johannes Archiepus Trevirensis, Canonicus Ar-
gent. an. 1447. natus an. 1420. 4. febr. exiit archi-
episcopatum an. 56. primum propter aetatis lubrici-
tudinem negligentius se gessisse scribitur, sed virili
aetate consecuta laudabiliter rebus profuit, ac ob ve-
nerandam canitiem et rerum multiplicem experien-
tiam in maxima fuit apud Imperij Principes estima-
tione, obiit 1505. 9. febr. quo ante 70. aenos natus erat.
in Castro Ehrenbreitenstein, sepultus Treviri. Inter
MS. mea reperio testimonium, quod ipsi, dum Ca-
nonicus Argentinenfis fieret, a Stephano palatino
de ipsius Avio proavisq; paterna et materna linea
datum est, quod hic adscribere libet et sequentis
est tenoris:

In Nomine Christi amen.

Stephanus Dei gratia Comes palatinus Rheni,
et Bavariae Dux: Venerabilibus in Christo Patribus
et Dominis, nobilibusq; Praeposito, Decano, et

Thesaurario, totiq; Capitulo Ecclesie majoris Ar-
 gentinensis, ceteriq; Spectatoribus et auditori-
 bus universis, quidquid poterit convenire honoris,
 Salutem. Noveritis et noverint, quos nosse fuerit
 opportunum: Quia à nostris Senioribus, parenti-
 bus, proximis, benevolis et amicis saepius audivi-
 mus certitudinaliter intelleximus, et in veritate
 pura non aliter nobis constat, quam quod illustris
 Princeps Dom. Johannes marchio Bad. ab omni
 progenitorum suorum origine inclytus comes,
 et praecipue parentum suorum princeps et marchio
 legitime ex utroq; parente genitus est, secundum
 quod in subsequentiis clariùs apparebit: Nam
 imprimis Marchio Badenensis est ex patre suo, qui
 adhuc in vita, quem diu felicem habeat, existit
 dominus Jacob illustris Princeps et marchio in
 Baden, Comes in Sponheim, cujusq; Dni Jacobi
 pater erat illustris princeps marchio Bernhardus
 fel. reced. avus primus dicti Dni Johannis, et
 ejusdem Dni Bernhardi pater fuit Dny Rudolphus
 marchio Bad. materq; ejus generosa comitissa
 de Sponheim nomine Mechtildis, conthoralis et
 legitimi conjugis, proavus et proavia paterni
 ipsius D. Johannis antedicti, praefati autem Dni
 Jacobi marchionis hodie viventis mater fuit
 praecleara domina Anna Comitissa de Oettingen,
 supradicti Dni Johannis avia paterna, cujus

Dña Anna pater erat Ludovicus magnificus
 Comes de Oettingen, proavus paternus dicti D. Johan-
 nis, et ejusdem Dña Anna mater fuit Domina Bea-
 trix Comitissa de Helfenstein conthoralis et legiti-
 ma uxor jam dicti Ludovici, proavia paterna ipsius
 D. Johannis, mater autem ante nominati Joānis
 Marchionis fuit excelsa Dom. Catharina Ducissa de
 Lotharingia, prænominati Dñi Jacobi principis il-
 lustris et conthoralis et uxor legitima, cujusq; Ca-
 tharina Ducissa pater erat Dñy Carolus dux Lotka-
 ringie, avus maternus saepe nominati Dñi Johannis.
 Et ejusdem Dña Catharina mater fuit incluta Domina
 Margaretha uxor et conthoralis dicti Ducis Caroli,
 avia materna ipsius D. Johannis: cujus Dña Marga-
 retha pater, et saepe dicti D. Johannis proavus maternus
 erat illustrissimus Dñy Ruperthus Romanorum Rex, et
 et proavia materna supra nominati D. Joannis; pater
 autem praedicti D. Ducis Caroli fuit inclutus Dñus
 Johannes Lotharingia Dux, proavus saepe dicti Dñi
 Johannis, cujus uxor et conthoralis ante nata Dña
 Sophia Comitissa de Württemberg, Eberhardi III. filia, pro-
 avia materna praedicti D. Johannis. Praefatus
 autem D. Jacobus princeps illustris jam vivens pater,
 et Dña Catharina Lotharingica, mater ipsius Dñi
 Johannis, conjuges legitimi extiterunt, et pro-
 talibus semper habiti sunt, et hodie ab omnibus ha-
 bentur, tenentur et nominantur pro conjugibus
 legitimis et ut tales dicta matre vivente: ab

Et ejusdem Dña Marga-
 retha mater fuit Dña Eli-
 sabetha Burggravia Nurn-
 bergensis, Regina et con-
 thoralis praefati Dñi Ruper-
 ti Regis.

omnibus verò scitur, una domo, mensa et lecto
 cohabitasse, et quod aliud, quam ut prefatum, nun-
 quam audivimus, nec à quoquam percepimus, quo-
 niam etiam à senioribus nostris aliud nunquam
 didicimus, nec constat nobis aliter. Hæc omnia,
 ut præmittuntur, nos audivisse, et ita sincere di-
 cimus, et in verbo veritatis asserimus et affirma-
 mus: Et in evidens robur omnium prædictorum
 scriptorum certum testimonium, nostrum sigillum
 præsentibus est appensum. Datum Meisenheim Do-
 minica, qua in Ecclesia Dei canitur Esto mihi, anno
 à nati Domini nostri Jesu Christi, mill. quadrin-
 gentesimo quadragesimo septimo.

XXVII. Carolus vigore testamenti paterni, divisa
 cum duobus fratribus provincia, Marchio Badensis,
 et Hochberg. ac Comes Sponheim. an. 1450. seu eode-
 libus fratribus solus solius marchionatus filius domi-
 nus, animosus sed infelix; nam capitur an. 1462.
 à Friderico palatino juxta Sackenheim, duobus miliari-
 bus ab Heidelbergæ, magna cum jactura et damno
 omnium suorum posterorum, cum tamen mandato
 Cæsaris Friderici III. militasset; magnanimè Brit-
 ceptus, etiam adversa fortuna stetit invictus. De
 victoria sua ita scripsit Palatinus:

Als man den unglücklichen Carl, den Grafen von
 Linde und den Grafen von Sponheim, Georg von
 Sponheim, Linde und Matthei; so jagt uns seine
 datum den fünften Marggawit Carl von Sponheim

sein Brüdern des Bischofs zu Metz, und Graf
 Ulrich von Pfalzgraben mit einem Schwaben
 fünfzig Tausend bey 800. Thaler in das Land Haidel-
 berg kommen, und allmählich bey Heidelberg
 angekommen zu kommen: so haben wir bey
 demselben Tausend zu gutem Maß bey einander ge-
 fahrt, und unsern Brüdern des Bischofs zu Metz ist
 familiär mit 300. Thaler zu Metz angekommen,
 und unsern Brüdern zu Metz gegeben, und wollten sie
 in die mitte nehmen, sind wir mit demselben
 zusammen geschicket, und unsern Brüdern und unser
 das allmähliche Boten haben wir die gewarnt
 den, und mit unsern Grafen von Pfalzgraben
 unsern Grafen von Pfalzgraben, und unsern von
 Lüneburg, und unsern die Ritter und Pünkt
 gefangen, und ist die Grafen von Lüneburg,
 die Grafen von Pfalzgraben, und unsern alle
 den die Ritterhaft auf die Pfalzgraben geliebten
 auf die Brüdern zu sein; so ist unsern in
 nicht einmündig, den die Ritter Grafen Mi-
 gott den Grafen hat nicht bleiben. In demselben
 wollen wir E. L. nicht Ansehen in dem
 Pfalzgraben, das ist die Grafen zu unsern Brüdern
 ganz Ansehen, und unsern in unsern
 unsern Ansehen wissen. Datum
 Heidelberg auf Mittwoch Petri und Pauli
 Apostolorum an. 1467.

Herzog Swidicus Pfalzgraf, Pfalzgraf.

Haec sunt verba formalia literarum, et referunt
 historici, captivos familiariter habitos fuisse, sed

contrarium apparet ex eo, quod Ulricus Wür-
tembergicus de se questus est: Er pñigo gästort
iñs yaglorit loordnu. Alia non sunt hujus loci,
sed ad pleniorē historicam tractationem referantur.
Carolus hic Ecclesiam Sporzensem fundavit, et pro
24. personis egregiè dotavit; obiit peste 1475. in die
S. Mathei. conjugem habuit Catharinam Ernesti
Archiducis Austria filiam, sororem Imperatoris Fri-
derici III. qua ducta est an. 1446. vidua habitavit
Badena in veteri arce, obiit 1495. 11. sept. sepulta
in templo badensi cum hoc epitaphio:

perfuncta Badensis
Austria quam genuit, hic Catharina jacet.
Interiit pridie Septembris circiter idus,
post fratrem, Caesar Te Friderice suum.

Nota. Ad marginem manu Schneideri adscripta sunt
ea, quae sequuntur, de quibus ego Wecklerus nescio,
an ea quoque authentico Jungleri Exemplari continean-
tur: Ego dulcedine pristina simplicitatis et candoris
captus hic infero, quae haec sunt: Haec Catharina
fuit pia in Deum, amans liberorum, et rei domesticae
studiosa in suo vidualitio; imò instar Penelopes
colum ducere, acu pingere ac manuum suarum o-
pera rem domesticam augere non dedignata fuit,
quod patet ex literis ad filium Christophorum Mar-
chionem Badensem ex praedicta arce Badena die Ven-
post festum Corporis Christi in haec verba scriptis:

Dies ist imps tründlich Engazonu an die,
die wollst iud nri kin stück in innu die
kainstun, die phibau, wad die Post, wollu
win die anstungun, alldald die suokunst. Do

wollan wir insonnen zu Trind nün pson Jann d,
 und inunm Lunden selbunst unig nünab dachon
 unigun lachon. Also dinsten die haimab unigun
 lachon, du fest unu nün Jann d, die soll die dinsten
 unigun und inunm Lunden, inunm so dinsten unig
 in stiel. Sollast unig inunm dinsten unigun,
 wolisa dinsten mit die lunden wollan, inunm wollan
 wir inigun unigun nün pson Jann d unigun lachon,
 und pson in die dinsten, das nün jaglins
 dinsten wof dinsten, und inunm dinsten wollan mit
 inunm dinsten unigun dinsten unigun, abun
 unigun unigun, das die die dinsten unigun
 dinsten. Sollan die unigun dinsten, so wollan
 die inigun nün dinsten unigun in die dinsten.
 dinsten unigun, und soll mit unigun, das die mit
 die dinsten, wir wollan inunm dinsten unigun
 als nün dinsten unigun. Also dinsten, wir wollan
 unigun mit dinsten unigun, das die dinsten unigun
 dinsten, und soll unigun unigun, die die unigun
 in unigun.

Suscepit ex ea Carolus marchio C. liberus, Cathari-
 nam, Zimburgam, Margaretham, Christorum, Al-
 bertum, et Fridericum.

Catharina nata 15. Jan. 1449. ducta in uxorem
 à Georgio comite de Werdenberg an. 1464.

Zimburga nata an. 1450. 15. Maj, hora 9. ante me-
 ridiem; in matrimonium data et ducta ab Engelbrechto
 comite à Nassau, Vianda, Diez et Breidais an. 1468.

Margaretha nata 1452. 20. Maj, inter 5. et 6.^{ta} ante
 meridiem, facta Abbatissa in Lichtendal an. 1477. obiit
 1496. 19. Kal. febr. sepulta in eodem monasterio,

14.

in medio templi sub lapide, cui hoc epitaphium
est inscriptum: An. Dom. 1496. iit An. XII. Inq
Invenit ista die Helwidige Gortgubosur fustia
frun Margaretha, Alty Vin sub Bottfens Vignan
Drl, gnbofano Mangwristin von Baden, Anreghy,
Invenit Paul Bott quara.

Fridericus, marchio Badensis, natus 9. Jul. an. 1458.
factus Clericus, an. 1474. et postea Epus Ultrajectiny
an. 1496. cepit fratribus suis ditiosis hereditaria
portionem. Obiit 24. Sept. 1517. aetatis sua aros 59.
mensis 2. dies 16. sepultus Bada, ubi ipsi tale Epi-
taphium est positum: Fridericus Epus Trajecti ex Mar-
chioniby Bad. hic jacet, vixit an. 59. mens. 2. dies 16.
obiit 24. Sept. an. Dom. 1518. mortem cum vita mu-
tare plerosque vidi, secutus eosdem, Ecce. jaceo.

Albertus, natus 1456. in die Conversionis S. Pauli,
hora X ante meridiem. Ex divisione cum fratre Chri-
stophoro facta habuit Marchionatum Hachbergicum,
sed relinquens omnia fratri, contentus fuit 1000 flor.
annuis, et secutus est Aulam Sigismundi Archiducis
Austria, cujus Capitaneus factus est in comitatu Ho-
henbergensi agri Wurtembergici an. 1488. interest
militie Maximiliani I. et filij Philippi Regis Hispa-
nia pro liberando etiam Maximiliano apud Brugen-
ses captivo, cum fratre Christophoro 4000. pedum
propriis sumptibus collegit, et contra Gandavenses
et Brugenses fortiter pugnavit. Cum vero in oppu-
gnatione oppiduli Damm pontes ligneos portatiles
inijcere aquis, et alij ex adversa ripa alligare
vellent, rupti sunt nervi, et inde ortus rumor

excitavit cives ad defensionem: ibi globis infini-
tis à civibus explosis, ea parte corporis, quacum hu-
meris collum jungitur, telo trajectus, et inde Ant-
werpiam ductus in via exspiravit X. Cal. Aug. 1458.
Corpus ipsius in Gravia, inferioris Germaniae oppidi
tempore aliquandiu sepositum, post translatum est Ba-
denam, et ibidem terra mandatum cum tali Epitaphio:
An. Dom. 1458. X. Cal. Aug. Illustris princeps Dom. Al-
bertus, Marchio Bad. in Expeditione contra Brug-
enses liberandi Rom. regis gratia in oppugnatione
oppidi Damm jactu lethiferi Teli mortem obiit -
Sponsa ipsius moriente ante nuptias Sponsi, Johanna
filia Johannis comitis de Nassau Saarbrücken, nupsit
postea Johanni Comiti Palatino in Sumeru.

XXVIII. Christophorus, natus 12. Nov. 1453.
solus haeres patris Caroli in omnibus provinciis, Marchio
Badensis et Hochberg. Comes Sponheim. auget dominium
Lahrense et Malbergense ditionibus Vicarius et pro-
briniceps Caesaris in Ducatu Luzelburgico, primus de-
serta arce veteri transfert sedem in urbem Badenam,
cedens matri Vidua 1479. in die Conversionis S. Pauli.
Equis aurei velleris, miles celeberrimus et potentissimus
princeps. Virtutes ipsius et merita in domum Austria-
cam, ex sequenti diplomate Maximilianus I. cognosci
possunt:

Maximil. von B. B. Horn: König. J.

Der Fürst, daß ich in natungung des großen
lob und guten dienstes, so ich in der welt
gesehen habe.

Mattar und Mattsattar, ein general Gubernator
in unserm Herzogthum Lützelburg, und Graf-
schaft Chini, Erbtogt Marquardt zu Baden
und Graf zu Dorsheim, hat viele lange Zeit
hies in mannichfaltigen unsern Rängen und
ämtern so in Frankfurt, Rumburg, Lüttich
als anderswo in seinen Rössen und Gräfflichen
Ämptern, mit großer uns phorans rüch
und arbeit gahen, Impalben zu erkennen,
und ihm einen allwissenden zu aufstehen
haben wie einen uns andern Aufsatz haben
Hut einen Entzund, Impalben Aufsatz
Mattar von Baden mit guter Eitige
Hochhabens Entzundung unsern Rath gaben,
aufgabern, und iden haben, und wegen
auf unvolkweislich, neiglichen und in
unser von Hut, Aufsatz haben und Aufstehen
in Dorsheim, Land, und Herzogthum Zornheim,
Solzen, Dorsheim Burg, und Herzogthum, mit
seiner dem Land und Herzogthum Aufsatz.
Baden in Aufsatz Dorsheim d. 15. Nov. im
Jahr des Quinden 1492.

Fuit itaq; Princeps hic tam pacis, quam belli artibus
praestantissimus, qui in Toga saepe praecleara vir-
tutum suarum Trophaea reliquit; nam etiamnum
hodie pluribus salutaribus Statutis et Legibus
utitur Marchionatus, quas ipse, dum viveret, ut
quaeque stabiles et perfectum est subditus tulit.

postremo tamen ꝑ: ut nihil in rebus humanis us-
quequaqꝫ stabile et perfectum est: ꝑ: propter corporis
et animi infirmitatem quandam à propriis filiis
Ernesto et Philippo, consensu casareo accedente, in
custodiam honestam, et dignitati ipsius illustri con-
venientem receptus est, quae de re hoc in loco dici
plura non possunt, moritur an. 1527. 19. Apr. an.
aet. 73. mens. 6. dies 24. nat. 1453. die martis post
Martini, 13. Nov. hora 11. noctis Bada in arte veteri.

Uxorem duxit aetate sua . . . Ottiliam, filiaꝫ unicam
Philippi senioris, sororem Philippi junioris, Comitis
an. 1468. quae ob. 1517. in die Assumptionis Mariae, et se-
pulta Bada cum sequenti Epitaphio: An. Dom. 1517. die
Assumptionis S. Mariae obiit illustris Dña Ottilia illustris
Principis Dni Christophori conjux legitima, vetusta
Comitum de Hattenellenbogen familia progenita, cujus
anima vivat in pace aeterna. Liberi ex hoc matri-
monio nati numerantur quindecim. 1. Maria. 2. Ja-
cobus. 3. Bernhardus. 4. Carolus, 5. Christophorus,
6. Philippus, 7. Ottilia, 8. Ernestus, 9. Rudolphus,
10. Wolfgangus, 11. Sybilla. 12. Rosina, 13. Johan-
nes, 14. Beatrix, 15. Georgius.

Maria, primò Monialis, post Abbatisa, nata
an. 1470. ob. 1510. 6. Id. Jun. aetate 40.

Jacobus 11. natus 1471. 6. id. Jun. Epus Trevirens.
factus an. 1505. litteratissimus et prudentissimus
Princeps, quem etiam Itali ipsi sunt admirati,
quippe cui similem, ut Nauclerus loquitur, ea
non tulit aetas. fuit enim praeter cognitionem solida

Scientiarum, antiquitatis peritissimus, qui multis
 expensis et publicas et privatas, etiam subterraneas
 antiquitates persequutus, eas duobus libris, quos
 tamen videre mihi hactenus non licuit, conscripsit;
 In Comitibus Trevirensibus respondit Legatis Pontifi-
 cis latine, Germanicis germanice, Gallicis gallice,
 Venetis italicè. Fuit post Sororem Mariam primo-
 genitus patris sui filius, et ab eo acceptis literis
 comendatitio Maximiliani I. Imp. Rom. ad Inno-
 centium VIII. Pontificem missus est an. 1489. ad quem
 5. Cal. Nov. admissus ipsi cum osculo pedum literas
 Cesareas, ac patris Dni Christophori tradidit, ac simul
 egregiam Oratiunculam cum admiratione adstantium
 presertim Laurentij Cardinalis Reverentari tituli
 S. Susanna coram ipso habuit, quæ non solum ipsum
 Pontificem, sed universum Cœtum Cardinalium in
 sui admirationem et amorem excitavit; In comi-
 tatu ac profectioe hac romana profectum morum
 habuit Joannem de Beerwangen, et præterea ipsi
 à Dno patre adjuncti erant Magister Adam Frey,
 Cantor Ecclesie Badensis, Müller de Rastetten. J. U. D.
 et Decanus Badensis, qui hanc ipsam peregrina-
 tionem, et quam humaniter Roma excepit sit Ja-
 cobus, quidq; ibidem gesserit, per diarium quoddam
 descripsit; Cum qui plura de hac re desiderat, le-
 gere non dedignetur, reperietq; plura lectu non
 indigna, presertim in literis Pontificis et Cardi-
 naliū, quas ad Maximil. I. Imp. et Christophorū

Marchionem de hoc ipso Jacobo scripserunt. mortuus
est an. 1511. 25. Apr. Colonia, sepultus Confluentis
in templo S. Floriani. Cui successor Richardus Archi-
epus eidem Trevirensis, et Elector Imperij monumen-
tum poni curavit, quod ita sonat:

Virginis a partu cum lustra trecenta duobus
Addita fluxissent, agetet sub sidere Tauri,
Et jam Phœbus equos cœli regione fugaces
Subduxere virum properantia fata Jacobum
Illustrem Badensis humi, quem clara regentum
Stemate nobilium decorant nec non Trevirensis
sæcra Diœcesis totum vulgata per orbem,
Cujus et octavos prelatus in annos
Sceptra manu tenuit, vir pacis amator et æqui
Hinc abiens quinto Majas subit atra Calendas,
Conregnaturus superis sine fine Tonanti.

Richardus, Archiepiscopus integritatis et virtutum
defuncti memor, monumentum hoc posteritati posuit.

Bernhardus, successit patri, et familiam pro-
pagavit; de eo infra plura sequentur.

Carolus natus an. 1476. 21. Maji, hora 4. pomerid.
Canonicus et custos Argent. ob: 1510. 6. Octobr.

Christophorus natus an. 1477. in vespera S. Maria
Magdalena, hora 6. antemerid. factus Canonicus Argent.
Obiit Durlaci an. 1508. 29. Mart.

Philippus, marchio Badensis, ex divisione factus Do-
minus Marchionatus Badensis, magna prudentia, et
auctoritate Princeps; Cæsario per Germaniam Legatus,
et eo in Italiam proficiscente Vicarius Imperij, qui res

multas nomine Imp. Caroli V. feliciter perfecit.
Miles quoque fuit praclarissimus, qui in Italia sub
Ludovico Galliae Rege contra Duem Mediolanensem
fortissimè pugnavit. Sic etiam in Graecia contra Tur-
cam in navali praelio praestantissimi Ducis officio
egregiè functus animosum et fortem Heroem se prossi-
xit, quamvis Turca victoriam reportaverit. ob. 1533.
sepultus Bada cum Itali Epitaphio: FID. DEF. S.

Illustri Principi Philippo marchioni Badensi, habitu
corporis, et dignitate forma singulari, equestre mi-
litiarum primum sub Carolo VIII. Rege Francia ad Medio-
lanum expugnatum cuncti, mari dein ad Mityle-
nem oppugnatum profecto, Hispaniis Gallisque
perlustratis, Imperij augusti sub Carolo V. per Germa-
niam Vicario, terra marisque magnarum rerum usu
experto, domi prudentia et moderatione ad cives
bene de patria meritis Frater Ernestus fratri germano
posuit. Vixit annos 54. menses 10. dies 7. ob. an. Chr.
1533. 17. Sept. Uxor ipsius fuit Elisabetha, Philippi
Palatini Electoris filia, ducta an. 1503. 3. Jan. vidua
Wilhelmi Landgravij Hassiae, qua moritur an. 1522.
24. Jun. ex qua nati Jacobina, nata 1507. 25. Jun.
hora ij. antemerid. facta uxor Wilhelmi Ducis Bavariae
et mater Alberti, ducta an. 1522. ob. 1580. 15. Nov.
Philippus natus 1508. ob. 1509. 16. febr. Philippus Ja-
cobus post baptismum statim mortuus est an. 1511.
Maria Eva, nata 1513. 10. Jun. post baptismum mortua.
Johannes Adamus 1516 natus, statim mortuus.
Maximilianus Caesar ob. statim 1519.

Otilia nata 1480. 6. Jun. hora 8. antemerid. Monialis
Forzheimij.

Ernestus, de quo mox infra.

Adolphus nat. an. 1483. 16. Jun. Canonicus et
Portarius argent. ob. 9. Cal. Oct. 1533.

Wolfgangus natus 1484. 10. Majj, hora noct. 12. obiit
1522. 24. Jun.

Sybilla nata 1484. 26. Apr. uxor Philippi comitis ab
Hanau an. 1503. ob. 1527.

Rosina nata 1487. 5. Mart. Uxor Francisci Wolfgangi
comitis à Tollerem, nubit secundo Johanni ab Auen nobili;

Johannes II. natus Luzemburgi 1490. obiit puer.

Beatrix, nata 1492. in die Vincentij. Uxor Johannis
Palatini comitis de Simern.

Georgius natus et denatus 1494. sepultus in Trarbad.

XXIX. Ernestus natus an. 1482. 7. Oct. inter 11
et 12. noctis horam, Marchio Bad. cum fratribus in optimis
literis institutus in prudentissimum Principem evasit,
cujus felicem indolem pater animadvertens, etiamnum
vivens, ei administrationem in ditiones Brisgoicas
scil. Marchionatum hochbergicum, Landgravia-
tum Susebergicum, cum Dynastiis Roeselen et Braden-
wila / qua excepto marchionatu Hochb. qui an. 1415
à Marchionibus Bradens. emtus et possessus, abinde
à Philippo ultimo Marchione Hochbergico sine prole
mascula defuncto, jure pacto Successionis 1303. Li-
nea Bradensi acceperunt: / comisit, quas ditiones
santa animi moderatione gubernavit, ut subditi
eum tanquam patrem coluerint, et amaverint,
et pro reliquis fratribus suis in Principes optaverint,
cujus voti etiam post compotes sunt facti: nam

non tantum supradictas ditiones Brisgoicas usque
ad mortem patris Christophori, qua an. 1527. secuta
est, curatorio titulo administravit, sed et eandem
fratre Philippo, magna prudentia Principe, sine prole
mascula mortuo, in divisione cum fratre Bernhardo
facta, inferiorem partem Marchionatus Badensis, Forz-
hemensem dictam hereditario jure acquisivit, fratri
Bernhardo partem superiorem Bad. et terras, ac posses-
siones in Ducatu Luzebergico sitas relinquens.
Cum autem eo tempore Evangelij doctrina per Luthe-
rum restaurata et publicata esset, quam multi docti
viri approbarunt, et aliquot Principes ac Status
Imperij amplexi essent, Ernestus marchio pro pruden-
tia sua sepe modestissimum exhibuit, et omnes motus
vitandi causa catholicam religionem per suas ditio-
nes servari atque hac ratione pacem perpetuam ma-
gno Subditorum comodo retinuit. At ubi Rusticorum
tumultus per Germaniam an. 1525. ortus, ipse Sub-
ditos suos, qui etiam per Brisgoiam insurrexerant,
per Legatos et Litteras benigne allocutus, sine mayo-
ri seditione ad sanitatem, et absq; sonacine ad offi-
cium et obedientiam reduxit, tantum quibusdam fur-
barum auctoribus exilio, ceteris tolerabili are mul-
ctatis, paterno animo ignovit, omnesq; in gratiam
recepit. Frugalis et prudentissimus Princeps, qui
Carolo V. Imp. et Ferdinando Rom. Regi acceptissimus
fuit, et cum illis pluribus Imperij Conventibus inter-
fuit, inq; eo infelix, quod ab Alberto filio, egregio

aliis principis, non exiguas passus sit injurias, quas
 silentio involvere satius, quam in lucem, qua
 digna non sunt, referre. ob. 1553. 7. febr. sepultus

Pforz. Uxor prima fuit Elisabetha, Friderici
 Marchionis Brandenburgici filia, ob. 1518. prid. Cal.
 Jun. sepulta Stutgardis. Uxor secunda fuit Ursula
 Equitis aurati de Rosenfels filia, qua ob. 1538.
 liberi nati sunt Ernesto decem.

4. Albertus ex Brandenburgica matre, princeps lit-
 toratus et magnanimus, inter ipsum et patrem
 Ernestum intercepit non nihil dispendij, quod male-
 feriatu quidam homines magis sufflare laborarunt.
 obiit in flore juventutis Wasserburgi in Bavaria,
 reversus ex bello hungarico 1547. 17. Dec. ejus unica
 filia: uti Limneus in Sur. publ. Tom. 4. L. 5. c. 5.

refert: et quos, nupsit Salamania Hispano,
 Ferdinandi Caesaris Consiliario, Comiti Orteburgus
 creata.

7. Anna, uxor Comitis Caroli ab Hohenzollern, mater
 Eitel Friderici, Caroli, Christophori et Joachimi, ducta
 ano 1537. avia Dni Joannis Georgij, quem Imperator Fer-
 dinandus II. an. 1625. principem Imperij Ratisbona
 creavit.

3. Amalia Ux. Friderici Comitis à Löwenstein Prosidis
 Sorrensis, qua ob. sine liberis.

4. Jacobe, Uxor Wolfgangi comitis Barbiensis, ducta 1577.

5. Maria Ciopke, uxor Wilhelmi comitis in Sultz, qua
 obiit

6. Bernhardus natus 1517. moritur sine uxore an.
 1553. 8. Jan. 17. Sieby ante patrem, sepultus Pforzheimij.

7. Elisabetha, Uxor primum Gabrielis Salamanie, comitis ab Ortenburg, ducta an. 1533. post ejus mortem nubuit secundo Conrado comiti à Castell, Wolfgangi filio 1545.

8. Margaretha uxor comitis Wolfgangi ab Öttingen, filij Ludovici sen. ducta 1558.

9. Salome filia Ernesti ultima, uxor Vladislaj comitis ab Haag ducta an. 1540. obiit

10. Carolus ex Rosenfelsia.

XXX. Carolus. Hic mortuus ante patrem Ernestum suis fratribus, solus in principatibus et Dominis succedit, Marchio Badensis in Pforzen, Durlach, et Hochberg, Landgravius in Suseuberg, Dominus Röselenensis et Badenwil. prudentissimus princeps, natus Sultzberga in Brisgoia an. 1529. circa Joan. Baptista, Pforzheimij comites sibi subditos gubernare cepit 1553. præter arcem Caroloburgam etiam Castellum Hochberg valide munivit, uti ex inscriptione lapidis in Hochberg patet, de quo supra, et Sedem Pforzheimis Durlachum transtulit, 1565. cui Translationi causam dedere Pforzheimenses, qui nescio, qua denegarunt, quibus præstantio deinde translata aula fuissent promptissimi. In arce Pforzheim. aliquot annos affixa fuisse dicitur tabula, in qua causa hujus Translationis erant descripta. Hic primus abrogata religione pontificia confessionem Augustanam in Marchionatum introduxit, an. 1556. opera Jacobi Andrea, et Jacobi Herebrandi Theologorum Tübingensium. Præfuit laudabiliter Principatui, et præter alia memoranda Max. II. Imperatoris filiam Elisabetham, Carolo IX. Gallia Regi desponsatam, cum valido et splendidissimo equitatu in Galliam deduxit an. 1570. ob. Caroliburgi 1577. 15. Mart. sepultus

Pforzerna, ubi præclarum monumentum cum sequenti Epigrapha ipsi positum:

Illustriſſimus et magnanimus Princeps et Dom. Carolus
 Marchio Badensis et Hochbergensis Dux in Rötelen et
 Badenweiler... totius Marchia singulare decus, qui
 mortuo patre D. Ernesto unicus Successor ditiones heredi-
 tarias, imprimis divino cultu ab antiquis sordibus re-
 purgato, insigni animi prudentia, justitia et fortitudine
 tam belli quam pacis tempore 24. annos placidissime guber-
 navit, amplissimis aedificiis ornavit, et singulari indu-
 stria indefessoque labore multo fertiliores reddidit, dignus
 longiore vita, si Deo placuisset. Non dum expleto 48. aeta-
 tis sua a^{no} 23. 3. mart. an. Dni 1577. in arce Caroli-
 burgica imatura morte eripitur, atque hic ut vivus
 iussit, sepelitur, gloriosam expectans resurrectionem,
 quam ei largiri dignetur omnipotens Pater per Jesum
 Christum filium suum unigenitum, Amen. Marito
 ac parenti charissimo conjux secunda Anna Palatina
 et 3. filij Ernestus Fridericus, Jacobus et Georgius Fri-
 dericus in perennem et benemeritam memoriam H. M. P.

Cum gemina Carolum Thalami consorte Johannes
 Trarbachius mira sculpsit feliciter arte

Uxores enim duas habuit, prima fuit Kunigunda
 Caspimiri Marchionis Brandenburgici filia ducta 1557.
 10. Mart. ob. 1558. Gemunda Suevorum Dominica In-
 vocavit. Secunda fuit Anna, filia Ruperti Pala-
 tini Veldentiani, nata 1540. 12. Nov. ducta 1558.
 Cal. Aug. nuptiis Heidelbergæ celebratis, quæ obiit
 Grabena in viduitate an. 1586. 3. Apr. sepulta Pforzernæ,
 Matrona omnibus virtutibus ornatissima. Liberi
 Caroli numerantur ex uxore priori Brandenburgica
 1. Maria, nata Hochbergæ Jan. 1553. ob. Pforzerna
 1561. 17. Nov.

2. Albertus natus Pforzerna 12. Jun. 1555. moritur

ex Podraga, quam ex intemperantia contraxerat, ob. 1574. 4. Maij. Ex uxore verò posteriori Balatina suscepti sunt Ursula, Dorothea, Ernestus Fridericus, Jacobus, Anna Maria Elisabetha, Georgius Fridericus.

Ursula Dorothea, nata 20. Jun. 1559. ux prima Ludovici Ducis Würtembergici, ducta 1579. 8. Nov. nuptiis Stulgardie regali pompa celebratis, quas Nicodemus Frisschlianus carmine decantavit obiit Aetatis 83. 19. Maij in festo Pentecostes Noriberga in reditu ex Saxonia à nuptiis Vinariensibus, sepulta Fühinga

Ernestus Fridericus, natus Mühlberga 1560. 17. Oct. uxorem ducit 1585. 21. Dec. obiit Durlaci sine liberis an. 1604. 14. Apr. Princeps prudentissimus et magnanimus, qui virtutis documentum primum in domestica rei administratione dedit, fossam enim palustrem arcis Caroliburgicae iudicio fadere gravem in amenos hortos mutavit. Lacus et piscinas circa Conobium Gottsau, derivatis per Canales in Rhenum aquis, quarum exhalationes propinquis vineis oberant, in prata, fertiles agros, et lata pasua redigit, ex quibus armenta, et equi magno numero aluntur, palatio splendido in media plenitie exstructo, quod tamen incertum, quare de causa non absolvit; memoria dignior est Schola, quam an. 1586. Durlaci aperuit, excitato a fundamentis edificio, in quo prater VI. Classes, quibus Juventus distinctis gradibus eruditur, etiam auditorium continetur publicum Philosophia ac Theologia docenda, nec non exercendis in declamando et disputando auditoribus distinctum Rectorem, Professores, ac Praeceptores idoneos magno sumptu conquisivit, et honestis Stipendiis ornavit, alendis ex Subditorum pueris, qui ceteris indole praeexcellerent,

dei divina proficiendis perpetuos decrevit redditus.
 Dehinc ad externa traductus, et Johanne Manderscheid
 Epi Argentinenfi è vivis sublato, et ob duos simul
 diverso Canoniorum pontificiorum et Evangelicorū
 calculo electos profules, Johannem Georgium, Bran-
 denburgicum Marchionem, et Carolum Lotharingia Car-
 dinalem Schismate et bello exorto, an. 1592. ipse par-
 tes Brandenburgici secutus, 1000 pedites duxit, et cum
 eis, post a. 1594. Marchionatum Badensem superiorem
 occupavit, et ita ipsum Edwardum, propria culpa tale
 infortunium sibi accersentem, in exilium ire, et extorred
 hinc inde vagari cœgit; quamobrem ipsi infidia ab Edu-
 ardi ministris structa, ex quibus tamen nonnulli com-
 prehensi Durlaci suppliciiis affecti sunt, de quibus ipsa
 acta multa, admiratione digna suppeditant. Uxorem
 habuit Annam, filiam Etardi comitis Frisia Orientalis,
 viduam Ludovici Electoris palatini, natam Aurici in
 Frisia an. 1562. 26. Jun. qua nupsit tertio Duci Sa-
 xonia Lauenburgico Julio Henrico, nuptiis 1017. 7.^{mo}
 Mart. Graben celebratis, ob. 1621.

Hic Princeps Ernestus Fridericus fuit statura plane
 heroica et regali, sed marchionatu Badenfi occupato
 tot infirmitatibus usq; ad ultimum vite spiritum
 afflicus est, ut ipsi de statura sua heroica multum
 deceperit; pedibus enim uti non poterat, sed in sella
 portabatur, toto corpore inferiori succo suo vitali
 miserandum in modum privato, ita ut nulla reme-
 dia juvarent, sed magnitudo ac diuturnitas diutur-
 nitas morbis cuncta respuerat, quasi non ex causis
 naturalibus, sed ex magica et supernaturali quadam

virtute et potentia orta, praesertim cum Bada
 circa aliqua Imagines reperta sint, quas in perniciis
 ejus paratas multi, non absq; ratione, crediderunt.
 In hoc tamen adhuc felix fuit, quod in agro et in
 firmo corpore sanam mentem retinuerit. De
 religione nihil loquor, quam mutavit, et in Calvi-
 nistarum partes transiit, libro contra formulam Con-
 cordiae edito int. Inm Titul: Etwil Hlufnd Lndndndnd
 wnlfnb ynunninngluf Sub Staffortifsa Luf ynunn
 unt wind, ibidem enim Lypis. fuit impressus, sed ma-
 num de tabula.

3. Jacobus, ex testamento paterno dominus in Hoch-
 berg, princeps similiter prudentissimus, et virtutibus
 magno heroe dignis pra alio exornatus, fundamen-
 tis litterarum in Academia Argentinenfi positio.
 A Philippo Ludovico Palatino Neuburgio, et Lud-
 vico Duce Wurtembergico Curatoribus an. 1581. in Ita-
 liam cum Litteris comendatitiis ad temp. Venetam,
 magnum Heretruria Ducem, mansuanum, Ferrariem-
 sem, Parmensem, et alios missus est, qua perlustrata
 rediit in Germaniam, et an. 1584. uxorem habuit
 Elisabetham, filiam Florisij Comitum Culenburgici.
 Deinde cum bellorum faces in Gallia magis magiq;
 inflamarentur, nec ulla spes pacis affulgeret,
 ipse quoq; militiam secutus est, et in favorem Lo-
 tharingi exercitum conscripsit, qui tamen postea
 ob promissa sed non praestita a Lotharingo stipendia
 rebellavit, et Jacobum Hochbergam sese conferentem
 in Germaniam usq; insecutus, ab eo, quidquid sti-
 pendij restabat, impudenter factis exigere non vere-
 batur;

batur; quare non parva macula optimo Principi
 inurebatur, et is ancipiti bellorum alea non confusus,
 animum post hac ad tranquillioram vitam direxit.
 cum vero hoc ipso tempore Johannes Listorius Niddanus,
 ipsius fratris Ernesti Frid. medicus et Consiliarius,
 abjurata confessione Augustana religionem pontificiam
 sibi amplexus, in sedula incubuit, ut non ipsi solus
 Jacobum, sed et fratrem ejus ad eandem religionem com-
 plectendam, quibuscumque modis posset, persuaderet: quod
 ipsius propositum etiam apud Jacobum brevi tempore
 tantum profecit, ut de Confessione Augustana, in qua
 natus fuerat et educatus, non parum dubitare incipe-
 ret; quamobrem 1589. 28. Nov. inter Jacobum Andre-
 theologum Tübingensem, et dictum Johannem Listorium
 Bada in praesentia Eduardi fortunati agnatisui, et
 Friderici Würtembergici Comitis Montbelgardensis collo-
 quio instituto dubium, quod in religione habebat,
 sibi eximere, uti pretendebat, proposuerat; cum
 vero inter colloquentes de modo disputandi non con-
 veniret, atque ita re infecta discederetur an. 1590. aliud
 colloquium de Ecclesia inter Johannem Lappum
 Theologum Argent. et Concionatorem aulicum Johan-
 nem Lehndrum Emendinga instituit, in quo collo-
 quio seipso prima 5. Junij, ultima vero 7. ejusdem
 habita est. Cum itaque hoc in colloquio Lappum ad
 multas absurditates reductum, e contra Concionatorem
 suum aulicum, qui partes pontificias defenderat,
 victoriam reportasse, atque ita sese in opinione sua omnino
 confirmatum corroboratumque sibi persuaderet, 5. Junij
 ejusdem anni in Monasterio Tenebacensi Confessione
 Augustana repudiata religionem pontificiam publicè

professus est, absolutus prius ab haeresi per manus
 Theodori Busae Jesuita et Rectoris Molsheimensis, in
 presentia Martini Abbatis ibidem: Marci Epi Lyden-
 sis et Supraganei Basileensis; ite Georgij Hanlin,
 Theologi et Barocki Sriburgensis, Friderici à Weissenau,
 Laurentij a Rexleben, Johannis Zehnders, et plurimum
 aliorum tam pontificia quam Evangelica Religionis
 addictorum; Religionem pontificiam publicè professam
 cum omnibus Ceremoniis pontificiis in Marchionatu
 quoque Hochbergensi introducere cogitabat, in quem
 finem ipse templa consecrari denuò fecit, atque ita nihil
 intermisit, quod ad Religionis nova dogmata plan-
 tanda conducere putabat: sed cum via nostra sint in
 manu Dei, spe sua Jacobus frustratur; VII. Aug. eodem
 anno 1590. Emendinga ex hac vita emigravit, natus
 Gothemij an. 1567. 26. Maij. Post mortem ejusdemy
 Listorius, VI. causas, quibus motus Religionem Conti-
 ficiam amplexus sit, ipsius nomine edidit. Et sane,
 ut ex ipsius confessione in Monasterio Tenebacensi
 facta magna letitia et gaudium s. quod ex litteris
 Guilielmi Bojovaria Ducis, Cardinalis Andrea, Episcopi
 Constantiensis, ite Eporum Argentinensis, Spirensis,
 et Basileensis, imprimis vero ipsius Pontificis Six-
 ti V. litteris, quas 18. Aug. an. 1590. per Octavium
 Epum Alexandrinum, Sedis pontificiae ad Helvetios
 Legatum, ad ipsum misit, et ei cum Oblatione om-
 nium paternorum officiorum de Conversione pluribus
 verbis gratulatus est: excitatum est, ita ipsius mors
 improvisa non exiguum luctum et Tristitiam suscita-
 vit, Augustana enim Confessione addicti scilicet fra-
 ter Ernestus Fridericus cum sorore Elisabetha

Philippo Ludovico Palatino, Ulrico Wurtembergico,
 Hassia Landgravio et aliis, qui cum, dum viveret, à
 concepta opinione diversis litteris dehortabantur,
 ipsius sortem miserari et deplorare non desisterunt.
 Tu, O Sancte Spiritus ducito nos in omnes veritatem,
 Deus autem, ejus verbum est veritas.

Uxorem habuit, ut supradictum, Elisabetham Comi-
 tissam Culenburgicam, qua post mariti mortem nu-
 psit Carolo comiti Zollerano, et post hanc Baroni de
 Hokenjaxen. ob. 1620. et suscepit ex hoc Jacobo Annam,
 qua nata est Hachberga 1587. 13. Jun. nupta Conrado
 Deccio Durlaci 1607. 14. Dec. ob. 1648. Ernestum
 Carolum natum 1588. 21. Jul. Hochberga, ob. eod. a. n. o
 19. Sept. Jacoben natam 1589. 24. Jun. Emendinga,
 qua fuit virgo piissima et modestissima, ab ipsa pri-
 ma aetate variis morbis oppressa, paucos dies sana
 peregit. ob. 29. Nov. 1625. caelebs apud Sororem Annam
 Comitissam Waldecensem. Ernestum Jacobum post-
 humum, nat. an. 1590. 24. Aug. ob. 1591. 2. Mart.
 vid. infra signum §.

XXXI. Georgius Fridericus Caroli filius est
 inter fratres minimus et ultimo natus, inde etiã
 ut tota hac genealogia factum, postremo loco refertur:
 tamen quia et familiam servavit et propagavit,
 et propter multa praeclara gesta inter ipsos merito
 primas fert. Natus est Durlaci 30. Jan. 1572. in
 arce Caroloburgica. obiit Argentina $\frac{14}{24}$. Sept. 1628.
 primum ex testamento paterno Dominus in Rœtelen,

et Badewiler, tandem altero fratre Ernesto Fide-
rico an. 1604. mortuo, omnium ditionum pater-
narum solus et unicus haeres sanguinis, quo anno
Marchionatus Badensis gubernacula suscepit Dur-
laci, et mense Aprili regnare capit, eum in locum
Aula augusta Sultzberga translata. Princeps hic
jam ab ipsa pueritia et à primis quasi incunabulis
varia fortuna est exercitus: nam puer ut plurimum
adversa valetudine afflictus exiguum longa vita
spem praebeuit: postea succrescentibus annis, et Bur-
gundia Italiaq; perlustrata, variis modis etiam ali-
quando veneno porrecto vita ipsius structa sunt in-
sidia; nihilominus eum servavit Omnipotens, et
plurimis aliis periculis liberavit. An. 1597. 2. Jul.
nuptias celebravit Caroliburgi cum Juliana Ursula
filia Friderici comitis Henigravij, quam cum an.
1597. 6. Dec. Hachbergam in assignatam sibi arcem
et ditionem se contulit. Inde an. 1599. aulam in
Sultzberg, ut paulo ante narratum, a. vero 1604.
post obitum Ernesti

§ 6. Anna Maria, Caroli filia nata 1565. 14. Aug. 1572.
5. Oct.

7. Elisabetha Caroli filia an. 1570. 27. Sept. obiit. Nus-
tinga apud cognatam Ursulam palatinam, Viduam
Ducis Würtemberg. ob. 1611. 6. Oct. sepulta Forzema.

Georgius Fridericus, qui familiam propagavit. Fride-
rici fratris Durlacum transtulit. an. 1614. mens. Apr.
conjux ipsius Dña Juliana Ursula, heroina ob pruden-
tiam, humanitatem, modestiam, benignitatem, affabilitatem,

praesertim vero ob singularem pietatem et plurimas praecel-
ras animi et corporis virtutes omnium bonorum luctu,
et summa totius Aula Caroloburgica tristitia in Christo ob-
dormivit, cujus luctuosa mors, non dicam, finem, sed ma-
gram mutationem prosperitati marchica attulisse multis
prudenteribus visa est. Nata fuit an. 1573. 28. Sept.
Eod. an. 1614. 23. Oct. duxit secundam uxorem Agatham
Comitissam Erpacensem Dni Georgij comitis ab Erpach fi-
liam, pluribus quoque virtutibus praeditam, quae 1621.
30. Apr. mortua est. In duobus hisce Conjugiis, maxime
in primo magnam auctoritatem ob res praecelari ge-
stas non solum in Germania sed apud externos etiam
adeptus est, ita ut plurimi Magnatum prudentiam sin-
gularem admirati, consiliis ipsius in gravissimis ne-
gotiis usi sint. Quin imo Rudolphus II. Imp. ipsius ra-
ra prudentia et nervoso dicendi genere diversis tempo-
ribus Praga coram perspectis sumo cum persecutus honore,
in primis cum an. 1600. propriis sumptibus cum satis
magno Comitatu in Hungariam proficisceretur, et
apud Canisium multa heroici pectoris specimina ederet.
Postea inter aliquot Electores, Principes, et Status Im-
perij confederatione Aula Suevorum an. 1609. inita,
prudentiam suam singularem in Conventibus et Deli-
berationibus ab unitis usque ad 1621. diversis in locis ha-
bitis satis superque et saepius demonstravit. An. 1610.
bello in Ducatu Juliacensi exorto cum exercitu uni-
torum in Alsatiam profectus est, et aliquot oppidis pra-
sertim Molskemio et Dackseim occupatis, Leopoldi
Austriaci, et Episcopi Argentinenfis milites impedivit,
ne suis in dicto Ducatu Juliacensi opem ferret.

Anno 1619. 1620. 1621. unacum Joachimo Ernesto Marchione Brandenburgico exercitum unitorum, quod ob Bohemos, qui Fridericum Electorem Palatinum regem elegerant, in armis habebant, duxit, et cum ipso diversa castra tam in Franconia, quam in Brisgoia, ac etiam ad Maenum et Rhenum locavit, donec an. 1621. in Aprili ipsa Unio summo cum dedecore Confederatorum solveretur. Itaque tam levi momento soluta Unione, et Palatino ex Regno Bohemia pulso, ipsosq; Palatinatu tam superiore quam inferiore ad Rhenum à Duce Bavaria in potestatem suam redacto, ex Hispanis, Italis, aliisque nationibus exteris, in nobilissimis Germania provinciis praecipua loca in servitum redigentibus, ipse pro innata sua natura heroica, qua alieni Jugi impatiens esse solet, ditioribus suis marchicis prospiciendum putavit, et propterea suis sumptibus, quos ex Contributionibus Ministrorum et Subditorum largissimos collegerat, numerosum exercitum Equitum Peditumq; conscripsit, ac cum eo 15. Aprilis st. vet. 1622. adversus supremum seu generalem Ducem Bavaricum Comitem de Tylli, qui eo tempore cum suo exercitu in Reichgoia et ad Nicrum fluvium castra locaverat, profectus est, tanto apparatu militari instructus, ut similis in his regionibus non sit visus, sed cum, teste Livio, nusquam minus quam in bello eventus respondeat, et ut Seneca loquitur, fortuna belli semper ancipiti sit loco, id quoq; magnanimus hic Princeps expertus est; nam cum profato comite Tylli, cui Hispaniarum Regis Generalis Dux Corduba copias suas conjunxerat, ad Wimpinam praelio congrepsus, ab eo casus, fusus, et toto illo apparatu bellus,

quem infinitis sumptibus per plurimos annos instru-
 xerat, exutus est, occiso magno Duce Wurtembergico
 et plurimis aliis cum infima nota militibus. Com-
 missum est hoc praelium 26. Apr. 4. vet. an 1677.
 Tullius memorabili victoria reportata, eximius spoliis di-
 latus tantum Ferrorem universo Marchionatui incussit,
 ut nemo ferme esset, qui non de fuga cogitaret, quin imo
 Marchio ipse Dn. Georgius Fridericus amissa victoria
 simul parva ac sperata decora unius quasi hora for-
 tuna penitus eversa amisit, et ditiones suas in summa
 pericula deduxit, nam effi. sparsum militem iterum re-
 colligeret, secunda tamen vice fusus est, atq; ita etiam
 abunde illud expertus est, quod Tacitus Hist. scribit: /
 uno adverso ictu omnium languerant studia; itaque
 omnibus viribus exutus, et a propriis etiam amicis, quod
 cum ipsorum pace scribo: / desertus, bello nuntius remisit,
 et quia ante commissum praelium 17. Apr. omnes suos
 principatus et dominia filio primogenito Dn. Fride-
 rico cesserat, mense Junio Durlaco nocte discedens in
 artem Hochbergicam, quam contra hostiles insultus
 aliquot annis ante satis munitam reddiderat, se con-
 tulit, privatam vitam et solitariam acturus cum S.
 C. T. F. Q. I. C. N. C. F. Post ipsius discessum, et om-
 nibus in Marchionatu metu Ferroreq; completis Ba-
 varici exercitus milites cum Hispanis, Polonis, Croa-
 tis, Hungaris, et aliis populis barbaris Marchionatus
 S. Jul. invaserunt, et omnia latrocinis, incendiis,
 rapinis, depraedationibus, et cadibus miserimè de-
 vastantes luctuosa crudelitatis suae vestigia ubique
 reliquerunt. Paulo post 26. Aug. sententia illa, cujus
 in Eduardo fortunato et ipsius filio Wilhelmo mentio
 fit,

fit, contra ipsum promulgatus est, ita ut in omnibus provinciis marchicis miseranda rerum facies appareret, et mare calamitatis in eas influxisse videretur, nam et hyberna milites in ea habuerunt, ac miseros subditos ad extremam paupertatem redigentes, de omnium nostrorum bonis ludere etiamnum hodie non dubitant. O Deus misericors propitiori aura nos respicere, et aurea pacis tempora largiri clementer non dedigneris. Annue O Princeps pacis. Cum vero Deus J. O. M. ex iusta indignatione preces meas non exaudiret, sed an. 1674. in Aug. novus Bavaria Ducis exercitus Marchionatum infestaret, D. Georgius Fridericus Marchio salutem consulens Genevam se contulit, ubi satis tutum et securum reperit portum, sed non diuturnum. Uxor, ut supra retuli, habuit duas, Julianam Ursulam Rheingraviam, et Agatham Comitissam Erpacensem, ex priori ^{quing} decem, ex secunda vero genuit tres liberos, de quibus in sequenti ordine dicitur. Super induxit quoque etiam conjugem in etate debili, magis ad iutorij quam sobolis procreanda causa, et propterea illam non ex Principum seu Comitum familia, sed de plebe, si sic loqui fas est, honesta tamen prosapia exortam, de qua, quia ex illa nullos liberos, praeter filiulam, quae in cunis mortua est, suscepit, plura scribere non refert. Liberi ex prima conjugem nati sunt:

1. Catharina Ursula. 2. Fridericus. 3. Anna Amalia. 4. Philippus. 5. Carolus. 6. Juliana Ursula.
7. Rudolphus. 8. Christophorus. 9. Anna Augusta.
10. Sybilla Magdalena. 11. Francisca. 12. Ursula Maria. 13. Francisca Sybilla. 14. Sophia Dorothea.
15. Ernestina Sophia.

Ex secunda vero suscepit 1. Agatham, 2. Annam,
3. Elisabetham.

1. Catharina Ursula, nata 1593. 19. Jun. uxor Ot-
tonio Landgravij Hassia, filij Mauritiij, nuptiis Capelis
celebrata sunt an. 1613. 24. Aug. Obiit Marburgi in
partu 1615. 15. febr. ibidem in templo parochiali una
cum partu, qui ulnis ejus inclusus est, sepulta 21. ejusd.
an. Princeps supra etatem prudentissima et ingenio-
sissima, lingua latina et graeca perita.

2. Fridericus, de hoc, quia familiam propagavit,
ultimo loco dicitur.

3. Anna Amalia, nata 9. Jul. 1595. Uxor Wilhelmi
Ludovici Comitis Nassau Saarbrücken, ducta an. 1615.
25. Nov. femina virtuosa.

4. Philippus, natus 1596. 20. Dec. ob. 1597. 14. Mart.

5. Carolus, natus 1598. 22. Maj. heroici et magna-
nimi pectoris Princeps, cui ob acutum et capax inge-
nium nihil difficile. An. 1616. positis literarum et
linguarum fundamentis, Galliam, Angliam et Bel-
gium peragravit an. 1617. Ex Belgio Durlacum re-
versus, ad Ducem Sabaudia & c. in regione bédemon-
tana, vulgò Piemont, ob Montferatum contra Hispa-
num belligerentem se contulit, et apud eundem mense
aliquot permansit an. 1619. et seq. sub patre militia
Gyrocina posuit, et in unitorum exercitu primum
Equites duxit, dux postea 2000. peditum factus est.

Anno 1622. Italiam, Siciliam, et Insulam Mal-
tam, ubi magnus ipsi honos exhibebatur, vidit.
An. 1622. in Germaniam reverso Parens serenissimus
iterum aliquot millia peditum cum Ducis imperio
dedit, cum quibus praelio apud Wimperam comisso

interfuit, et partes magnanimi ducis animose peregit.
 Post hoc praelium Venetas profectus est, et Reipublica sua
 obtulit officia, inde per Longobardiam, Ledemontium
 et Sabaudiam Galliam transiens rursus Belgium
 imprimis Hollandiam petiit, ibique Mauritio Urania
 Principe visitato paulo post Comitem Ernestum Mans-
 feldum, qui eo tempore in Frisia Orientali castra lo-
 caverat, secutus, ab eodem mille Equites suscepit re-
 gendes, atque ita an. 1623. rursus novum Ducis manus
 suscepit: Princeps litteris et armis excellentissimus,
 cujus prudentiam singularem, et praeclaras heroicarumque
 virtutes admiratus sum semper, et colui, longaeque
 vitam et exoptatum exitum omnium eorum, quae cum
 Deo fortiter ac prudenter aggressurus esset, cum omnibus
 bonis precatus sum, cujus voti testes esse possunt à quo-
 dam scripti versus sequentes:

Badensis Carolus, spes ingens altera Trojae,
 Strenuus, ingenium studio dum Martis et artis
 Excolit heroicum, et tentat superare labores,
 se Patri et proavis, et magnis Regibus aequat,
 Sollucitque preces populi in se vota que flectit.

Sed vota, cheu! irrita fuerunt; Deo enim J. O. M. in cujus
 manu sunt sortes nostra, aliter placuit. Nam postquam
 an. 1624. et 1625. exercitum gallicum, qui eo tempore
 contra Hispanum in Aetia pugnabat, secutus esset,
 et magna fortitudinis, praecipue singularis prudentiae
 specimina edidisset, jamque in legatione honorificentis-
 sima ad M. Britannia Regem in Angliam proficiscere-
 retur, Protonotarius Gallorum primo variolis dein ardenti
 febre correptus, ibidem 27. Jul. an. 1625. pie ac beate
 inter arduas preces et suspiria in Domino Salvatore

suo obdormivit, aetate Nestoris dignus Princeps, cuius
 prematurum obitum deflevi: Corpus Bononia longis
 itineribus Forzenam delatam, et monumentis avitis
 inpositum, 17. Nov. ejusdem anni vixit annos 27. menses
 2. dies 5.

6. Juliana Ursula nata 1599. obiit 1609.

7. Quodolphus natus 1602. 6. Jan. ob. 1605. ult. Maj.

8. Christophorus, natus 1605. 10. Mart. Hic quoque
 satis mature sub Patre militia Gyrocina posuit, pra-
 lioq; ab ipso ad Wimpinam comisso, in quo equites
 duxit: interfuit, et tam animose, fortiter et strenue
 se gessit, ut omnes singularem alacritatem et animum
 imperterritum admirarentur, factoz; in hac pugna
 et sequentibus verum fecit, quod puer adhuc decennis
 finita Literarum schola, et unacum Friderico magno,
 comite Rhenano, tunc temporis Constubernali suo,
 nunc apud Belgij confederati Ordines militante,
 martialibus exercitiis adhibitus promisit, dum proprio
 motu heroicis ^{in meo} hoc describentis presentia, in hac verba
 votiva erupit: Utinam cum aetate bello aptam,
 fuero consecutus, praelia et bella, qua futura sunt
 fiant, illiq; interesse mihi contingat, o quam fortiter
 et strenuum me prestabo! germanice sic: Wen Ding
 wadmi, inu Salvestershu gussau sollan, so wolthuf
 Gussau? Das ja gussau, wan uf groß wadmi
 biu, inu Dastig jazu Dast, wir wost uf uinf, so tiefar
 saltan. Inde ad comitem Marsfeldis in Frisiam pro-
 fectus, sub fratre Carolo Turma Equitum profectus est
 1627. Ano 1624. apud Galliarum Regem aliquandiu
 Geneva apud Serenissimum Dn. parentem vixit. An. 1625.

Castra ducis Sabaudia secutus in Pedemontio contra
 Hispanos fortiter pugnavit; Inde in confederatorum
 Ordinum Belgij ab eisdem in Regis Suecorum militia
 venit, quod finem vitae ipsi attulit, mortuus enim est
 in obsidione Ingolstadij 1632. ictu majoris tormenti,
 quo caput à corpore abieptum est, eo ipso 20. Aprilis die,
 quo Rex Suecorum paucis horis ante eodem fortuna ad-
 versa impetu petitus, sed Dei providentia, equo tamen
 cui infidebat, perempto, servatus est: Quanti dicta regia
 Majestas ob singulares et animi et corporis virtutes
 eum fecerit, inde conijcere licet, quod nuncio de ipsius
 casu audito exclamavit: Ter mille principes sese in hoc
 principe amisisse, vixit annos 29. mensis. dies 4.
 corpus exenteratum mandato Regis Augustam Vindel.
 equestri exercitu delatum, ibiq; in templo repositum,
 donec monumentis Porthemij comodi inferatur.

9. Anna Augusta nata an. 1604. 3. Martij
 Sultzberga. obiit 1636. 2. Apr. puella bellissima.

10. Sybilla Magdalena nata 1605. 21. Jul. Durlaci.
 uxor Johannis comitis in Nassau Saarbrücken, nu-
 ptius ibidem celebratis 2. Jun. an. 1629. princeps aul-
 iarum virtutum et Musica insignis amatrix; Obiit
 Argentina 24. Dec. 1644.

11. Francisca nata 1606. 9. Aug. paulo post an.
 29. eod. mense mortua.

12. Ursula Maria nata 1607. 3. Nov. obiit 22.
 Dec. ejusdem anni.

13. Francisca Sybilla nata 1609. 4. Febr. ob. 2. Mart.
 ejusdem anni.

14. Sophia Dorothea nata 1610. 14. Maij, piissima
obit 24. Oct. 1637.

15. Ernestina Sophia nata 1612. 26. Dec. ob. caelestis
4. Julij 1658.

16. Agatha nata an. 1615. 2. Sept. ob. 1616. 29. Junij.

17. Anna nata 29. Maij 1617. ob. 15. Oct. 1672. aet. 55.

18. Elisabetha nata 5. Febr. 1620. ob. 1692.

Ceterum Serenissimus Princeps Georgius Frid. huc uogz
victorum 18. Liberorum parens, et vita et annorum
satur compleverat, vivendo enim annos 65. menses 7.

obit 16. Argentina, extinctus febr. 1638. 14. Sept. re-
linquens inter filios solum Fridericum, cui, ut supra-
dictum, ditiones suas cesserat, superstitem heredem et suc-
cessorem.

XXXII. Fridericus Senior, natus an. 1594. 6. Jul.
qui factis fundamentis literarum in studiis, et exer-
citiis equestribus an. 1612. et 1613. Galliam, Angliam,
et Belgium perlustravit. An. 1616. uxorem duxit Bar-
baran Friderici Ducis Württembergici filiam, nuptiis
Stutgardia celebratis 21. Dec. novam nuptam vero 11. Jan.
an. 1617. magna cum pompa et solennitate Carolibur-
gum seu Burlacum deduxit. An. 1622. mense Aprili
patre cum exercitu suo contra Bavariacas et Hispani-
cas copias movente gubernatione totius Marchionatus
iure Primogeniturae ex cessionatione patris adiit, sed
paulo post, ut supradixi, parente separato, et toto Mar-
chionatu Badensi ei victore hostili exercitu miserè

Devastato, sententia quoque in Aula caesarea contra
 patrem in magnum suum prejudicium lata, et Edu-
 ardi Fortunati filio Wilhelmo in possessionem Marchio-
 natus Badensis superioris, ut et reliquorum ad eum
 pertinentium Comitatum et dominiorum per Leopoldum
 Austriacum: frustra ipse Frederico contra actus hosce
 protestante, et adversus sententiam caesarem contra
 patrem litem pro interese suo per medium conventio-
 nis agente: immisso, in miserum statum redactus est:
 non solum enim ipse cum conjugee et liberis metu
 hostium integrum annum ab aula sua abesse, et
 Stutgardia apud affinem Dn. Johannem Fredericum
 Ducem Wirtembergicum degere, sed simul quoque populos
 subditos suos variis injuriis afficientes aspicere cog-
 batur, praeterea Principatum accipiebat, qui erat
 ore alieno oppreus, et in quo subditi nil nisi que-
 relas et lacrimas ob perpetrata a furente milite in-
 jurias, gementes spargebant, ita ut militia guberna-
 tionis ipsius admodum essent difficilia et misera,
 qua omnia invicto princeps animo ferre maluit,
 quam jactura religionis dubiam immunitatem sibi
 suisque impetrare, ad quam equidem splendidis promissis
 et post obitum conjugis spe matrimonij cum filia Fer-
 dinandi II. invitabatur mechanicis interim operibus,
 qua ad jaculatoriam praecipue spectant, qua in arte
 primas merito inter excellentes in ea sua aetate ob-
 tenuit, delectatus, cum ad splendida oblectamenta
 superfluo eo tempore fortuna denegaret; interea non

desunt teipublia, et hic dicenda quae sunt, aliis
relinquuntur. Habuit in matrimonio quinque
conjuges.

1. Barbaram Ducissam Württembergiam, quae ducta
est supradictum, 1616. ob. 1627. 8. Maji, ex qua nati sunt
Durlaci.

1. Fridericus an. 1617. 6. Nov. ob. 1677. 20. Jun.

2. Juliana, nata 1618. 4. Nov. ob. 1623. 7. Jul.

3. Sybilla nata 5. febr. 1620. Alibi nati sunt

4. Carolus, marchio natus 1621. 27. Mart. ob. 8. Nov. 1658.

5. Barbara, nata Nulgardia 1622. 6. Jun. obiit

6. Johanna, nata Durl. 1623. Uxor primum Dni Jo-
hannis Bannieri Suecici Campi Mareschalli, ducta
1642. secundum vero nupsit Henrico comiti de Thura,
duci Suecici in Livonia filio, ubi in pugna contra
Moscos occisus est. ob. 1. Jun. 1661.

7. Friderica nata 15. Apr. circa quartam vesp. an. 1625.

8. Christiana nata Caroliburgi 25. Sept. 1626. ob. 11. Jul. 1627.

2.^{da} Uxor Fridericij fuit Eleonora comitissa Sol-
mensis, filia Alberti Ottonis comitis in Solms, qui
1610. in bello Juliacensi fortiter occubuit, nuptia 1627
Dutzbachij apud Philippum Landgravium, ob. Nachb.
1633. ex illa nati sunt

9. Anna Philippina 9. Sept. intra 5. et 6. matutinam
año 1629. ob.

10. Maria Eleonora nata et denata 15. Nov. 1630.

11. Gustavus Adolphus natus 1631. 14. Dec. circa horam
noctis decimam, et 16.^{to} ejusdem mens. sine pompa baptiza-
tus. ob. 1677. Dec.

3.^{ia} Uxor fuit ^{Maria} Elisabetha, filia Wolradi, comitis de Waldeck, et Anna Marchionissa Badensis Jacobi filia, quam duxit 1624. ob. 1643. 9. febr. aetas

4.^{ta} Uxor fuit Anna Maria, Jacobi Dni in Geroldsset in qua familia gentis extincta est, nuptia 1624. 12. febr. ob. Basil. 25. Maij 1649. aet. 55. an. 6. mens. dies 28.

5.^{ta} Uxor fuit Elisabetha Eusebia de Fürstemberg, Alberti comitis de Fürstemberg filia, nuptia 1649. seu 1650. ob. 1676. Basil.

Mortuus est tandem celsissimus hic princeps Durlaci in arte Caroliburgica 8. Sept. hora secunda matutina an. 1659. postquam vixisset aëtos 65. 2. Mens. dies 2.

Carolus Marchio filius ex conjugē Würstenbergica eum praecipit morte, qui reversus ex bello Borussiae ac Danico in patriam, post usum aquarum acidarum in Peterdal mortuus est Caroliburgi 8. Nov. 1658. Ex uxore Maria Juliana comitissa de Hohenlohe e demo Schillingosfürst, quam duxit Cal. Jan. 1650. ex qua quatuor suscepit liberos

1. Carolum Fridericum, natum 17. Jan. 1651. obiit 1675. paulo post matrem.

2. Charlotam Sophiam nat. 13. Dec. 1652. Comiti Leiningensi Emigio, linea Harleburgica nuptam 1676. mense Mart. ob. 1678. mense Jan.

3. Eleonoram Barbaram, nat. Wollini in Pomerania, 12. Jun. 1656. ob. Durlaci 4. Nov. 1657.

4. Fridericam Christinam posthumam nat. 28. Dec. 1658. ob. 1659. Mart.

Ceterum peritiam rei militaris Celsissimus hic princeps

fortitudine et usu in bellis, quam aⁿo aetatis 15.^o pri-
mum sub Duce Saxoniae Bernhardo, gloriose memoria,
dein sub Carolo Gustavo Sueciae Rege, quem continuo se-
cutus est, talem ac tantam acquisivit, ut propterea
in Suecici exercitus Mareschallum declaratus esset;
à Cesare Leopoldo autem per mandatum ad Dn. parentem
ejus transmissum ex Suecica militia avocatus fuerat,
de quo mandato avocatorio, quia paulo ante tempus
cessus sui ex hac vita a Cesare exiit, sequens Distichon
factum

Imperat ut Caesar, Suecorum relinquere castra,
Mors me preveniens caeli super evocat astra.

XXXIII. Fridericus Junior seu VI. Friderici se-
nioris filius primogenitus, natus Caroliburgi 6. Nov.
1617. in pueritia et adolescentia moribus, literis et
studiis Principi dignis egregie instructus an. aetatis
20.^o castra Bernhardi Ducis Saxoniae ingressus Tyroci-
nia militia ita magnanimiter et fortiter absolvit,
ut brevi cohorti equestri praefectus fuerit. An. 1642.
aet. 25. uxorem duxit Christinam Magdalenam
nat. 17. Maji 1616. decessit 4. Aug. 1662. Joannis Ca-
simiri Ducis Brisponini filiam, Gustavi Adolphi
Regis Sueciae ex sorore septem, moderni Caroli Gustavi
Regis Sueciae sororem, ex qua suscepit

I. Fridericum Casimirum natum Wolgasti in Pomerania
27. Nov. 1645. ob. post 4. menses, et Wolforti monumentis
Pomeranicis illatus.

L. Christinam nat. Wolgasti 27. Apr. 1645. nuptam

Marchioni Alberto Onolsbaco Brandenburgico, et
post ejus mortem Dⁿⁱ. Friderico Duci Saxonia linea
Gothaxe an. 1668.

3. Eleonoram Catharinam, nat. Uckermunda 14. Majj
1626. ob. Wolgast 9. Jul. 1677. ibiq; sepultam.

4. Fridericum magnum nat. ibid. 25. Sept. 1647.

5. Carolum Gustavum nat. ibid. 27. Sept. 1648.

6. Catharinam Barbaram nat. ibid. 11. Jul. 1650.

7. Johannam Elisabetham, nat. Durl. 6. Nov. 1651. ob. 1680.

8. Eleonoram Fridericam, nat. ibid. 6. Mart. 1658. obiit
12. Apr. ejusdem anni, sepultam Forzkemij.

Idem post mortem prima uxoris suscepit ex Johanna
Baurin cive Heidelbergensi et vidua N. de Sandos, civis
et mercatoris de Neocomo ad lacum filios duos Frideri-
cum et Bernhardum dominos de Muntzheim; Quanta
Princeps hic animi moderatione, prudentia et sagacitate
fuerit praeclitus, ejus res gesta testabuntur. Tyrocinia
belli sub Bernhardo Vinariensi feliciter jacto ad summum
perfecit in bello Polonico et Danico Hungario et tan-
dem germanico, quo primum ab Ordinibus Imperij ex
jussu Caesaris Marschallus campi susceptus est Ratisbonae
an. 1674. solenniter juramento cum aliis principibus
generalibus obligatus est. Tandem Caesar eundem im-
peratorem suum campi Marschallum declaravit 1676. in febr.
Ex quo tempore obsidionem Philipsburgi molitus et tan-
dem ejusdem anni aestate aggressus est, feliciterq; mens. sept.
consumavit. ob. 1677. 5. Jan. Paulo ante mortem
variis agitur calumniis ab iis, qui auctoritati et
gloria Principis praeter officium invidabant, quas
tamen animo heroico vicit, ulturus tamen, si vita

superfluis; Magnanimitatem et patientiam vix
majorem in ullo principum invenies; Triennio ante
mortem genua labefere et vires corporis deficere cape-
runt, ac etiam Stomachi ꝑ. ex nimio usu glaciati potus
contracta ꝑ. tandem laboravit ex itinere Viennam destinato
ubi cum Cesare super belli negotiis consulturus ꝑ. Dur-
lacum reversus decubuit mortifice. Vid. Panegy. Inj. Heftij
ejusdemque funerati.

Huc quoque recensentur in MS.^o Jungleri à D.^o Schneidero
exarato Marchiones Linea Bado-Durlacensis.
Sequuntur nunc in Linea Bado-Badenfi dependentes
à Bernardo Christophori filio

XXXIV. Bernhardus hujus nominis quartus,
natus 1474. die Veneris ante Dionysij circa hora 14.^{ta}
miles Caesaris Maximiliani, et gubernator Lutze-
burgicus, Sexagenarius ducit uxorem 1538. Dominus
primium in Sponheim et Rodomacho, sed post Philip-
pum fratrem Dñus in Baden et Lahr, inter ipsum
et fratrem Ernestum quodam exorta sunt dissidia
ꝑ. fratrem enim Concordia rara ꝑ. qua tamen mansue-
tudine et humanitate Ernesti sopita leguntur. ob. 1536.
9. Nov. Uxor fuit Francisca Lutzelburgensis, filia Ca-
roli comitis Reginiaci Roaspi et Brienna ꝑ. cujus titulus
erat, Charles de Guery, Admiral de France, comte de
Dousantios, Cons. ꝑ. qua post mortem ejus nupsit Adolpho
Comiti à Nassau-Wisbaden, mortua an. 1566. 27. Jun. ex qua
nati sunt Philibertus et Christophorus.

Philibertus Marchio Badensis, Dñus in Baden
 et Sponheim, natus an. 1536. 22. Jan. Dux et miles ma-
 gnanimus, tam in Hungaria contra Turcam, quam in
 Gallia adversus Hugonotas, uti appellant, in quo etiam
 bello ad Montocursum sanguinolento praelio comisso amif-
 fus est 1569. 3. Oct. Monumentum ipsi Bada positum
 hoc est: Dei gratia Philibertus Marchio Badensis, Co-
 mes Sponheimensis, natus Badens Marchicus an. 1536.
 regnavit pacifice años 14. tandem Gallorum Regi contra
 suos rebelles militem fortem sese prabens, vitam in
 Gallia strenue pugnatam prope Monconturin ipsa pugna
 clausit, animam Deo comendatam die 3. Oct. an. 1569.
 reddidit, qui requiescat in pace divina, amen. Job. c. 17.
 Libera me Domine, et pone me juxta te, et cussoris manus
 pugnet contra me, dies enim mei transierunt.

Uxorem habuit Mechtildem filiam Wilhelmi Ducis
 Bavariae ductam an. 1556. 2. Nov. sepultam Badens
 ubi año 1565. in Vigilia omnium Animarum vitam effla-
 vit, mater fuit quatuor Liberonum

1. Jacobea. 2. Anna Maria. 3. Maria Salames. 4. Phi-
 lippi

Jacobea nata est 1558. 16. Jan. uxor facta Johannis
 Wilhelmi Ducis Juliacensis nupsit 1585. nuptiis Düspel-
 dorpij solennissime celebratis

2. Philippus III. Marchio in Baden, natus 1559. 19. Feb.
 princeps, si vagas libidines excipias, excellens, et variis
 virtutibus heroicis praeditus, obiit Sponsus Rastadij 1588.
 7. Jun. post 4^{ta} vespertina, sepultus Bada, cui ex mandato
 Dñi Georgij Friderici March. Bad. hoc epitaphium scripsit
 Junglerus.

D O N S.

Illustrissimus Princeps et D. D. Philippus Marchio
 Bad. Comes Sponheim. singulari herouicarum virtutum
 splendore exornatus, et quod adulandi studio sincere di-
 xerim, in artibus principis dignis ita excellens atque
 erimius, ut parem suo tempore vix haberet, in ipso
 aetatis virilis flore, miseris vita humana excusus,
 et patriam caelestem repetens cum uno per unum nunc
 in vita beata quiescit, vita curriculum explevit an-
 aetatis circiter 30. vixit enim aëos 29. mensis 3. septi-
 manas 3. an. Chr. 1588. die 7. Jun.

A. F. J. F.

Sponsa ipsius fuit Sybilla filia Ducis Wilhelmi, Ducis
 Cluuenfis, qua post ipsius mortem nupsit Carolo Marchio-
 ni Burggrauis, Ferdinandi Ducis Austria, et Philippi-
 na Welfera patritia Augustana filio 1601. ult. febr.

3. Anna Maria Philiberti altera filia, nata anno
 1562. 10. Jan. Uxor Alberti Domini à Rosenberg, Bo-
 hemici principis an. 1578.

4. Maria Salome, tertia Philiberti filia, nat. 1563.
 Cal. febr. Uxor Georgij Ludovici Landgrauij in Leuck-
 lenberg

XXXV. Christophorus / Philibertus et Philippus
 non numerantur, quia n' propagarunt familiam: /
 minor natus Bernhardi Marchionis filius, Marchio
 Badenensis, D. in Rodomach, ad Calibatam fuit desti-
 natus, sed amore famina cuiusdam nobilis, qua post
 homicidium capite plexa est, accensus ex tristitia et
 Melancholia in Suediam profectus, Cæciliam Regis
 Gustavi filiam ibidem duxit uxorem an. 1564. m. Nov.

ob. 1575. 2. Aug. sepultus Rodomachi, cum natus
esset posthumus 1527. 26. May, pater ex dicta Cecilia
sex filiorum fuit. 1. Johannis Caroli. 2. Bernardi.
3. Caroli. 4. Philippi. 5. Christophori Gustavi. 6. E-
duardi Fortunati.

1. Joannes Carolus, natus in Suecia an. 1572. Eques
Ordinis Melitensis, ob. 1599. in bello Belgico.

2. Bernardus nat. an. 1570. m. Dec. obiit infans.

3. Carolus, natus Rodomachi an. 1569. 7. Mart.
obiit ex Hispania reversus Geneva 1590. magna spei
princeps

4. Philippus natus Rodomachi 1567. 15. Aug. Prin-
ceps non uox, adeo bona mentis et iudicij. Uxorem le-
gitimam nunquam habuit, sed concubinam nomine Ja-
cobinam ex Hollandia oriundam in vita reliquit.
ob. 1620. 6. Nov. Hochberga, quo ab agnato Dno Geor-
gio Friderico ob machinationes contra ipsum suspectus
an. 1605. 5. Apr. in custodiam missus erat, sepultus est
in Templo Sexavij prope Hochbergam. Vid. Godefred. in
juvnis histori Chronic p. 1063. ita: In Zwickling
Zyphs jacob 1605. hat sich ein gaffelisches Anschlag
in den Marggrawtschafft Baden unterthan, welcher
Marggrawt Philigg Marggrawt Eduard Fortunati fichtes
Lusthaus zuwenden und annual zu jahren Annehmlich,
denn obwohl jaltas bis zu dem Verloste zu
Hillingen sich toost und sich hier gesellen, und
von den Hubschauen fast ein den Regiments
Marggrawt selbst respectirt worden, hat es doch
einigen Vorurtheil spenden und mittel und lang ge-
dult, wie es ein Obstmarggrawtschafft werden in

Johann Gulbert von Ingau niedelste, wozu für die
 Johann Ulrich von Ingolstadt bei Sullat, und Constan-
 zian des Marggrauen von Brandenburg nach dem
 hat die Landgräflin von Hessen die Anwartschaft
 sollen, hat es solches Zeit in Hofstadt zu effectuiren,
 in acht genommen, abzu thun und nicht allein die An-
 dingung, sonder auch an dem Tag kam, in dem
 hundert ad ward auf Marggrauen Philipp mit einem
 hundertsten Eintrags nach Sullat in Hofstadt
 eingebraucht; dem also durch einen neuen pfeld
 ein Jahr lang, die nothwendige Befehl, die

5. Christoph Gustav, natus Badena 1566. 17. Aug.
 cecus et claudus obiit Podymachi in miserrimo statu an.
 1609. aetate 43.

6. Eduardus Fortunatus

XXXVI. Eduardus Fortunatus Christophori
 filius, natus in Anglia 1565. 17. Sept. Marchio in
 Baden, et Comes in Sponheim, qui dum Marchionatus
 Badenensem non solum aere alieno plurimum oneraret,
 sed omnino ab appatu alienare, et in Suggendorum
 familiam transferre intenderet, aliisq; graviora ma-
 chinaretur, agnato suo Dñ. Ernesto Friderico ansam
 dedit, Marchinatus superioris occupandi, et causas
 Occupationis scripto publico divulgandi; unde ab E-
 duardo fortunato, et post ejus mortem ab ipsius Li-
 beris hic in Aula caesarea mota super spolio, qua
 sub tribus Imperatoribus Rudolpho II. Matthea et

Ferdinando II. pependit, donec an. 1622. S. Georgio
Friderico ad Wimpinam praelio superato in Aula
caesarea, ipse Caesare Ferdinando pro Tribunali sedente
sententia pro Eduardi liberis contra Georgium Fride-
ricum promulgaretur, et vigore dicta sententia E-
duardi Liberi in possessionem hereditatis paterna,
quod eodem anno factum est, restituerentur.

Eduardus Fortunatus hic, cum à Carolo Bisontino Bur-
chensfeldensē Castellum visitatum esset, de scala lapsus
fracta Cervice mortuus est an. 1600. 18. Jun. cum
paucis ante diebus scil. 8. Jun. testamentū fecisset.
Ex Maria ab Ecken de Bruxellis genuit

1. Annam Mariam Lucretiam. 2. Wilhelmum. 3.
Hermannum Fortunatum. 4. Albertum (Carolus).

1. Anna Maria Lucretia, nata 1592. 7. Apr. Vere-
lus nell Isoladi.

2. Albertus Carolus permisso Pontificis Monasterio
Frauenalb pro dimidia parte ad 5. annos adeptus est,
ita, ut redditibus annuis ad suam sustentationem u-
tendi fruendi liberam potestatem haberet, quem in fi-
dem subditi dicti Monasterij homagium seu Juramentis
fidelitatis ipsi 17. Maji 1625. prestiterunt, ob. 1626.

3. Hermannus fortunatus, alter natus filius, miles,
et Turma equitum hispanicorum. Uxor Antonetta
filia Christophori, liberij Baronis in Grickingen,
vidua Baronis de Hohenfahlen, nuptia celebrata Ba-
da 7. Apr. 1627. Ex qua nati.

1. Carolus Wilhelmus Eugenius, Canonicy Oten.

2. Leopoldus, ob. a no septimo

3. Maria Sidonia nat. 1595. nupta Friderico Principi
Zollerano Hechingensi.

II. Coniux Maria Sidonia Comitis de Falckenstein, ex
 qua suscepit 4.^{to} Philippum Balthasarem, qui mature obiit.
 Ceterum dictus Hermannus fortunatus pro sua heredi-
 taria portione accepit Dynastias et Dominia Marchica
 in Ducatu Luemburgico.
 Hucusque M^ostum Günglerij, manu Dⁿⁱ Schneideri exa-
 ratum sepe extendit.

Nunc subiiciam Notas marginales manu ipsius
 Dⁿⁱ Schneideri et Dⁿⁱ Maleri additas, quorum hujus
 lib. M. illius Litera D. notabo.

Not. 1. ad proleg. et quidem in Opin. 5. pag. 13. lin. 2.
 ad verba: nova arma, Rubellam seu coccinum bal-
 theum in armis et Scuto Badenoi significare Ther-
 mas Badenses, et non, ut hactenus creditum, Frabem,
 argumento esse potest, quod in Scuto Suecia transver-
 sa linea significare dicuntur tres nobiles lacus in
 dicto regno noti. Haec in Scuto Ungaria IV fasciis
 dicuntur significare IV flumina ejusdem regni.

Not. 2. Ludwig Germ. princeps l. 7. pag. mihi 451. Eodem
 forsitan modo Scutum Fortheimense tribus fasciis in-
 signitur, forsitan ob tria flumina ibidem confluentia. M.

Not. 3. ad eadem proleg. opin. 6. p. 17. linea 14. ad
 verba: investigare constituerant. in Italia non re-
 spondit eventus: habentur in Collectaneis Pistorianis lit-
 tere Italicae super hac materia p. 159. 161. ubi sic: 1072.
 Bonifacio Marchese era supra del castello di cerco nell
 Veronese. 1159. Alberto Marchese era supra del Castello
 di cerco nell Veronese. 1154. Sarsedinof. Si Alberto

Marchese governara Verona insieme con. 14. gsol.
1149. Ermano era Marchese di Verona et ando alla
preparadi terra santa. D.

Not. 3. ad Bertholdum I. pag. 20. lin. 1. Cujus causam
conferendus citatur Vitriar. l. 1. tit. 16. §. 11. p. m. 417.
Col. 2.

Altera Bertholdi uxor fuisse dicitur Beatrix
Dolphi Rheinfeldensis, et Ducis Alemannis filia vitri
ad verba: Hermannum Marchionem notatur; eum
Hermannum vocatum esse marchionem absq; marchio
natum, id quod illis temporibus insolitum non fuerit,
vidi, qua adducit Obrecht prodromo rer. Alsat. p. m.
227. et 230. de Bertholdo II. vid. Vitriar. pag. m. 415.
Col. 1. ad verba, quibus Bertholdus II. Dux Burgundia
vocatur, notatum est: Burgundia hic non est illa
major, sed ea, qua, cis montem Juram est, et Curiam
habuit hic Bertholdus in arce regia Burgdorf, qui tra
ctus hodie Bernensibus et Solodurnensibus, ac partim
Friburgensibus paret. Goldastus rer. Alemanic. T. 2. p. 5.
pag. 10. ad verba: Dux Alemannia cedere cogitur Du
catu Alemannia in favorem Frederici Hohenstauffensis.
Vitriar. et Obrecht prodrom. rer. Alsat. p. 226. ad verba: Uxor
habuit Agnetem, alias Sophiam Henrici superbi, Sa
xonieq; Ducis filiam, et videtur Agnetem hic con
fundi Bertholdum I. et II. de quo errore vid. Vitriar.

Not. 4. pag. 37. lin. 8. fratris in Brisgoia hoc
notantur: reliqua enim ditioes in Burgundia
ceperunt Comiti Kyburg, quem alterum affinem nomi
nat Munster Cosmogr. l. 2. c. 256. M.

Not. 5. pag. 27. ad lin. 17. Münster nominat uxorem N. filiam comitis de Kyburg, vid. l. 3. de German. p. 258. inde videtur, ait Malerus, duas habuisse uxores. Ego addo, duas Bertholdo V. expresse uxores Jünglerus habuit, dum Noverca Bertholdi V. liberorum meminit, aut igitur ipsa comitissa de Kyburg fuit noverca illa nefanda, aut tres habuit uxores

Not. 6. p. 28. lin. 18. In literis Murensibus citantur Origines comitum de Habsburg, Abbatis Murensis p. 58.

Not. 7. p. 29. lin. 5. ad Hermannum III. hac notantur: Hermannus II. seu III. titulatus, domini Hochberga ob. 1160. Pistor. in Coll. p. 159. itē, an. 1120. Was Goyßburg woz Eichenbulo ninnē Eylan stou Goyßburg. List. 1161. Was ja juchē anjstau, das ja ninnē Gail an Goyßburg, und ja in ein Mauggorsten, joudron und Gerson stou Goyßburg gntwist. Alberti M. uxor fuisse dicitur Bertha Lotharingia. Hic inter testes numeratur in Bulla Friderici Imp. de Limit. E. p. 53. Constant. an. 1155. Vid. Buccelini Sapog. Const. p. 53.

Not. 8. p. 29. ad Hermannum IV. Torneamento Noriberga 1190. habito interfuit Rudolphus Marchio Bad. ut et Wernerus Marchio de Hohenberg, quo finito conduxerunt illi Caesarem Henricum VI. Donaverdam, ille cum 120. Equis, hic cum 64. Vid. Bonifacij Tauffenbachs Chron. Norib. MS. Idem Hermannus subscripsit Diplomati Foundationis Canobij Truttenufen an. 1181. cujus formulam dat Obrecht prod. rer. Alf. v. i. c. 10. p. miki 228. Filia Hermannii IV. Meckildes nupta.

Bertholdo V. Comiti Hennebergico, qui obiit 1218. Spangenberg. Chronic. Henneberg. L. 2. 15. Fridericus frater Hermannii adfuit Torneamento Colonia an. 1179 habito, Munsteri Cosmog. L. 5. c. 114. p. 1234. M.

Num. 9. pag. 40. lin. 15 ad Henricum Hermannii V. fratrem, ad quod huic Henrico concessus sit in divisione cum fratre Hermano titulus, et jus Landgraviae sua Brisgoia, quem Hermanus I. Bertholdi II. frater in divisione patrimonij loco accepit, et ad Hermannum II. III. et IV. et deniq. ad V. fratrem Henricum transmissus sit. Huius Henrici pronepos autem isidem Henricus III. 1201. in divisione paterna accepit, titulumq. cepit sed post Comiti Triburgico occasione datus pro 700. marciis pignora vit 1218. Henricus VII. Liff. in Coll. p. 159. 17. 26. Sabau sin juf Landgrawen in Landgrawen gescriben, wie Sam I. Marggraf Hainrich 1288. einen Landgrawen in Landgrawen ununt, und die Landgrawen noch 1401. 1414. / a Sigismundo / 1429. Hofmannen sind. D.

Num. 10. ad Henricum I. pag. 40. Henricus interfuit Torneamento XII. Noriberge an. 1197. habito; Munster L. 5. c. 114. p. 1235. unacum Rudolpho Marchione, Badenfi. Et an. 1209. eidem Hassiludius Wormatia adfuit Burcardus II. Marchio Hachberg. f. 63. L. 5. c. eod. p. 1236. An. 1211. adfuit equestribus Ludis Rayensburgi Rudolphi I. Inu Grosen, unacum Johanne Marchione de Pöfeln, Id. cit. c. p. 1241. Hermanus Marchio de Baden / quem Henrici I. filium fuisse ratio temporis suadet / litigavit an. 1234.

Johannis et Hesperis Dominorum de Usenberg fratrum, eorumque nomine confirmat venditionem Baronum Schliengen, Mauchen, et Steinenstat, factam per Dominos de Neuenfels, nobiles, Dño Johanni Epō Basileensi an. 1334. Vid. Acta Basileensia, ubi in Instrumentum Emptionis invenitur. Idem Henricus Dño in Kenzingen et Nürnberg presentiam parvam Curia iterum ceidisse dicitur an. 1358. Vid. Förster p. m. 28. M.

Num. 16. ad Johannem p. 47. lin. 9. Johannes et Hespō fratres dividunt arcem Hachberg cum redditibus an. 1386. Förster. l. c. Hic Johannes forsā idem est, contra quem Epus Argent. Comes Wiertemberg: et Civitas Argentina fœdus composuere an. 1381. Vid. Wenzleri Colloquium Jurisp. sive Disputat. Ruing. §. 24. p. 98. M.

Num. 17. ad Henricum VI. p. 45. Juxta Försterū qui allegat pacta gentilitia, despondebatur hic Henricus Margaretha com. de Nellenburg, qua erat filia Anna, nata comitis de Thierstein an. 13... M.

Num. 18. ad Ottonem II. p. 43. ad verba: vendidit Marchionatum: postquam eum etiam Marchio Rudolphus Rötelenus, neq. Triburgum civitas emere voluerant. Vid. Förster p. 38. et Spener opere Heracl. F. 2. l. 2. c. 4. p. 281. M.

Num. 19. ad Ottonem III. p. 44. Huic Ottoni oppignoratur dynastia Wehr per Domum Austriacam. Vid. Ustulij Chron. Basil. l. i. c. 21. Hic forsā per mutationis jure cedit jus advocatis in Canobium
ystein

Ufflein cum Villa Lutlingen Epō Basileensi pro villa
 Hottselein, quam vicissim in feudum recipit ab Epō.
 Vid. Tractatus cum Epō de an. 1509. art. 16. Vendit idem
 Comendatori Ord. Equit. S. Joannis in Neuenburg rivulus
 per Schliengen transfluentem, Hölle dictum pro 13.
 maris argenti puri an. 1551. Vid. Emptionis littera in
 Actis Basil. de dato S. Agnesia 1551. M.

Num. 20. ad Rudolphum V. seu VI. p. 45. Mar-
 chio Rudolphus V. seu VI. capitur à civibus tumultuan-
 tibus, cum ibi bacchanalia celebraret cum Duce Au-
 stria et aliis an. 1377. Urstisj Chron. Bas. 4. c. 5. p. 190.
 Hic Rudolphus dabat Conjugi sua pro Morgegaba 100.
 marcas argenti, in cujus securitatem oppignoravit
 bona quadam. Investitur iste ab Epō Joanne, et par-
 tem feudorum oppignorat uxori in securitatem Mor-
 gegaba. V. litteras in Actis Basil. de an. 1345. M.

Num. 21. ad Ottonem III. p. 44. Otto III. inve-
 stitur super feudis Basiliensibus unacum Nepote Ru-
 dolpho, Rudolphi fratris filio ab Epō Joanne à C. 1365

Num. 22. ad Uxorem Rudolphi V. seu VI. p. 45. lin. 3
 Epus epitaphium:

D O M S.

Muffripina Heroina Catharina, Huldrici comitis Thier-
 steini filia, Rudolphi Marchionis Hackbergensis,
 Landgravij Pringoia, primæ ex ea familia Rœtela Dñj
 Conjugi, Rudolphi matri, Wilhelmi avia, Rudolphi
 proavia, Philippi / in quo Stirps mascula desit: / ab-
 avia, multarum ejus seculi calamitatum Spectatrix,
 año post exequias CCXII. virtutis ergo S. B. L.

Basil. templum instaurans, ultimi temporis A. M. D.
M. C. M. H. L. P.

Ich Joha Hartmann, der Land und Lutz, Und Edman
Rind garwasa, mit der gemainum Lutz und Vro
Luzant der Lutz stou min, und besalt allzeit
von Ginz min is ein Ginzin loas, Pott min zu
niem fgnuast bapfse Marggrat Rindolgd
finsten mild, der is mit Basel linblif halt,
dam is ein jungaw farn, gabaf, Ich wagen Har
grat Rindolgd was nach minum Lutz stou farn
Zeit, labt is allsins in Mitronn wof, bid min
xijf min farn und Epist, Ina Mupn vllas fgn
land ist.

Num. 23. ad Rudolphum VI. seu VII. pag. 75.

Rudolphus hic fœdus defensivum facit cum urbe Basileensi ad quinquenium, ita ut alterius inimicos intra spatium X miliarium circa urbem junctis armis auxiliis esse debeat. Marchio quidem cum IV. hastis, Baillivus pilea vero cum VIII. hastis, equis et aliis bene armatis Vistifius l. c. s. 4. c. 12. p. 212. Eius et comitis palatini cura inducias contrahunt. Basileenses cum Austriacis et Burgundis an. 1409. Id. c. 13. p. 222. c. 16. multo labore et bono successu post tres Septimanas conducit ibid. add. Munsteri, Cosm. 13. c. 104.

Investitur ab Epō Basileensi super bonis feudalibus an. 1368. à Comite Conrado Friburgensi recipitur in confirmationem omnium feudorum ubicunque sitorum an. C.

1388. 8. post Pascha, idqz factum consensu Epi et
 Capituli Basileensis, quarum literarum dies erat O.
 post Annunt. Maria 1394. vid. literas desuper /: forte
 super hac re: exaratas in libro veteri num. 14. simi-
 les literas vid. ibidem ab Epi Humberto die 4. ante Phi-
 lippi Jacobi an. 1400. Marggward Kündolgs Non
 Künzberg satte sine Postar in dem Kloster zu S.
 Clara im mittlen Rhyen, Sigurd, Saffarin, Ermelin,
 Gonsalw, imd toind Sauru gndacht in ninnam
 gndacht zu Gunt de 1400. vid. Berensfeldsische Aufsatz-
 zucht, Sauralbau gibt es nun Künzberg Non 1600
 gndacht cum onere Sui Künzfalls: Item J. Damm
 Künz Non Öttilien und Künz. Als Marg-
 ward Kündolgs 2. jünne Postar in dem Kloster
 Non S. Clara nach Rhyen an. 1407. gndacht satte,
 gab jünne Annastlin Frau Anna gndacht Gnd-
 acht Non Künzberg nun gndacht Mast, wo zu alle
 alle Frauen in dem Ort gndacht worden. Urstif. loc
 cit. l. 4. c. 12. p. 211. M.

Num. 24. ad Wilhelmum p. 45. Cum Dominus
 de Neuberg, Praefectus Austriacorum in Lauffenburg,
 Basileenses et Bernenses Mercatores variis modis ve-
 rapet, eisqz inter Thiengen et Schaffhausen 1000. R.
 in variis mercibus rapuisset, id quod dictae urbes
 postea bello vindicarunt. Hic Marchio Wilhelmus ut-
 pote Landvoghtus Austriacus saepius interpellatus super

restitutionem per dictas urbes. Urffius l. cit. l. 5. c. 27. p. 271.

Idem postea frequentat nomine Austria conventum partium pro amabili compositione Rheinfelsa 1443. idem pag. 277. Eius Subditi aggeres ex concisis arboribus faciunt, et ita provinciam muniunt prope Schwerstatt contra irruptionem Gallorum in Lauffenburg, Seckingen et Waldshut praesidia agentium, restantem per March. Wilhelmum transigitur an. 1444. idem p. 5. c. 40. p. 284. seq.

Cum Austriaci in Castro Rheinfeldenfi. Stain. ex oppugnarentur defendebant ipsi se formentis, et in specie uno. Solmsliu. quod fuerat Marchionis Wilhelmi. Urff. l. c. l. 5. c. 40. p. 298. quod cum pluribus aliis formentis Basileensibus in partem prada cepit. Idem pag. 299. Cum Basileenses an. 1441. per Gallia Delphinum, qui eos numerofo exercitu invasit, multa pertulissent damna, post eorum discesum auctores hujus injuria pro hostibus declarant per S. C. sum, civitate eos cum eorum familiis ad tempus vita interdixerant. Ex horum numero erat inter plures alios etiam Wilhelmus marchio Hochberg. Landgravius Suseberg. et Dyn. Roetel. praefectus provincialis. Urff. l. 5. c. 40. p. 294. Invadunt etiam cives palatium Marchionis in urbe, idque et alia spoliunt. ibid. l. 5. c. 40. p. 295. quos vim Domini vel inhabitatores vino redimunt. ibid. Cedit filius imperium et ditiones an. 1444. ib. l. 1. c. 20.

Fuit Wilhelmus Austriacorum Praefectus provincialis
 per Sundgoviam, Alsatiam, et Nigram syl-
 vam. Id. L. i. c. 20. p. 64. et hoc nomine mittit Turin-
 genibus praefidiarios. id. L. 5. c. 28.

Et mediatore et concurrentibus Basileensibus, Bernensibus,
 et Solodurensibus componitur bellum Joannis de Froberg,
 ex Burgundia, cum Sundgovicibus. id. L. 4. c. 25. p. 247.
 an. 1428.

Eligitur iudex certaminis et duelli inter Joannem de
 Merle nobilem Hispanum, et Henricum de Ramstein, cui
 apud eum in judicando Johannes Comes de Thierstein, Ru-
 dolph de Ramstein, Egloff de Rathsamhausen, et Tu-
 ring de Halbweil. Id. L. 4. c. 25. p. 247.

Eius ope evadit clanculum e Concilio Basileensi pon-
 tificius Legatus Cardinalis S. Angeli. Id. L. 5. c. 24.
 Tradit vivus ipse filius ditiones suas, quibus et Joannem
 com. de Freiburg Tutorem constituit. Vid. Forster opere
 general. et hoc an. 1441. retenta solum Sylva nigra cum
 Schoenau et Dottnau, qua erant hypotheca austriaca,
 quas tamen postea an. 1451. etiam donat Rudolpho
 filio. v. Forster l. c. M.

Not. 25. ad Rudolphum VI. vel VII. p. 45. Hic
 Rudolphus VI. seu VII. interfuit Concilio Constantiensi
 cum filio suo. Münsleri Cosm. p. 589. eidem oppignorantur
 ab Ep'o Basileensi Humberto Hornberg, Wallen-
 burg, et Liechtental an. 1395. Urst. l. c. 4. p. 199. M.

Not. 26. ad Rudolphum VIII. seu IX. p. 45. Hic
 de novo pangit fadus cum Republica Bernensi, quod

ante ipsum Comites de Friburg ratione Comitatus Novicassri habebant, an. 1457. Stettler l. 4. p. 179. factus enim est hoc anno per mortem Joannis Comitis de Friburg Comes Novocassrensis. V. Förster, qui etiam teste tempore belli Burgundici neutras partes sumit, et ita ditiones conservat. Dicitur à Cesare an. 1457. proscriptus. Vid. Deductionem German. de novo castro. M.

Not. 27. ad Philippum p. 46. Philippus ut plurimum habitabat Novicassri, et rarus erat in Brisgoia subivit Imperij Collectas ratione Ferrarum Brisgoicarum non vero ratione Com. Novicassri. Förster l. c. Maximilianus Imperator confert ei facultatem exercendi jurisdictionem criminalem. Corejus exenteratum sepelitur per Deputatos Vidua in templo Nöselano non obstantibus praefectis March. ~~quorum~~ Christophori, quibus tamen pro omnis honoris et beneficii genere, quod offerret et exhibere parati erant, neque gratia ulla acta, neque etiam illud acceptum fuit. Förster l. c. M.

Not. 28. ad Hermanum V. p. 277. lin. 17. ad verba: ex patrimonio uxoris. scil. Ermentrudis seu Irmengardis, Cyradi palatini ex filia Agnet, et Henrico palatino filio Henrici Leonis, Bavaria et Saxoniae Ducis. Vid. Freheri origin. palat. c. 11. p. 92. reptis. Tollneri Hist. Palat. p. 22. obi. ad verba: orta est contentio: literas vide in forma in libro Archiv. sub n. 14. ex quibus literis non apparet, litem fuisse inter Marchionem et Comitem, sed tantum confirmatam

ipse feudalitatem dictorum bonorum, et jus Vasaligij
Dico comiti, cui adfistebat Marchio.

Dicitur hic Marchio post obitum Henrici Palatini, So-
ceri sui unacum affine Ottone illustri palatino /: cui
Clementrudis soror Agnes nupsit, juxta Tolnens p. 262. /
reddidisse Casari Friderico II. omne jus, quod habuerunt in
territorio Brunswicensi, uti hoc ex Meibomio testatur
Tolner. l. c. p. 262. an. C. 1227. postea tamen Otto pala-
tinus, Henrici ex fratre nepos opera Ottonis et Joannis
March. Brandenb. occupat armis Brunswicum an. 1227.
quod Fridericus II. Imp. frustra repetere volebat per fi-
liam ibid. p. 262.

Hermanus Marchio Bad. interfuit 1235. Hassiludio
Mürzburgi Münster Cosm. l. 5. c. 414. p. 1237. M.

Not. 29. ad Hermanum VI. p. 48. lin. ad verba:
uxor fuit Gertruda: de hac Gertruda hoc habet Listorij
in Coll. p. 155. hac Gertrudis mortuo primo marito
nupsit Wenceslao Marchioni Moravienfi, qui sine ha-
reda moritur; tertio nubit regi ex Reussen, ex qua
Agnes filia, quam cum utero mater gereret, maritus
nupsit deservit uxorem: ita mater et filia Ducatum
Austriæ retinent. filia Agnes a misso fratre Friderico
et mater, cum haeres esset Austria, opprimitur ab Ot-
tocaro, et cogitur nubere Ulrico comiti Herren-
bergensi /: Henneberg /: cum antea habuisset Ulricus
Ducem Carinthia, ita Ottocarus fit Dux Austria. D.

Not. 30. ad Rudolphum I. p. 49. Cum . . . comes
de Leiningen Argentinenfis, qui habebant Treugam
March. Rudolpho, impulisset ad incendendum oppidum

ejus Selz, non potuit comoveri, ut hoc armis vindicaret, sed promisit, se aliter quam jure velle experiri. vide ejus libros de 1274. apud Wencker, de Regist. p. 179. Confer ea, quae Obrecht prod. rer. Alf. traducit ex Chronico Austria, ubi etiam Belli, quod Rudolphus I. Imp. contra ipsum gerebat, mentionem facit, in quo dicitur devictus et humiliatus an. 1276. add. Urssinius l. cit. l. 3. c. 1. p. 138. dicitur post extinctam familiam de Hohenstauffen in Conradino Neapoli decollato, sibi vindicare voluisse ducatum Suevia, olim per Henricum IV. Imp. Bertholdo Zeringensi per injuriam ereptum tum feudum apertum, sed conatus hic successu caruit, dum Rudolphus I. Imp. dictum Ducatum filio suo Rudolpho dedit, uti hoc ex Crusii Annal. Suev. l. 2. c. 19. et Gerard. de Quo Chron. Austr. l. 1. p. 27. 34. demonstrat Sveder, pratens. Illustr. IV. Sed. 2. c. 1. M.

Num. 31. ad Rudolphum minorem p. 49. Reconciliatur Spirensibus super damnis, quibus eos affecit in bello, quod pro Friderico Austriaco contra Ludovicum Bavarum gessit. Lehmanni Chron. Spir. p. 672. an. C. 1323. forsan est erroneum, quod sit mortuus an. 1322. M.

Not. 32. ad Hesponem p. 49. Ejus opera et consilio utebatur Eberhardus Comes Württembergensis, postea Dux. Vid. Hottledger l. 3. c. 1. p. 615. ad hunc enim, cum affinem se recepit, postquam ex Obsidione Castri Aspergensis evasisset. id. p. 616. pro quo tamen beneficio postea se ingratum exhibet comes, obsidione cingendo arcem Marchionis Reichenbach, quo Marchio

Rudolphus VII. fortiter defendit. vid. infra sub Rudol-
pho VII. Lehmann l. c. VII. II § 2. M.

Not. 33. ad Hermannum VII. p. 49. ad verba: uxorem
habuit. ponat Geustam Anhaltinam M.

Not. 34. ad Fridericum II. p. 50. Hic cum fratre Ru-
dolpho Civitati Spirensi aperturam arcis Ochsenslein pro-
mittit contra quoscunque, exceptis Marchione Rudolpho se-
niori et juniori et March. Hesone jus dictae Civitatis n̄
donegantibus s. post Petri et Pauli 1326. Lehman. l. c. p. 676.
Idem Fridericus II. cum Hermanno filio oppignorat cū con-
sensu Spirensium dictam arcem Ochsensberg Alberto de
Gemingem ab Enzberg, salvo jure apertura Spirensibus
competente secundū pacta cum iis intervenientia. vid.
lib. Oppign. de 1375. Lehman. c. 5. p. 677. M.

Not. 35. ad Rudolphum V. p. 51. An. 1320. obsidet
Ep̄us Berchtoldus cum Civibus Argentinesibus frustra
Badenam et Stolhoviū opem ferenti Marchioni comite
de Württemberg. Königshovj Kron. Alf. c. 5. §. 129. p. 220.
Lehman. l. c. 14. p. 652. Hic Rudolphus legitur à
Leopoldo Austriaco, qui nōc fratris sui Friderici eo tempore
captivi à Civitatibus Alsatiae in Advocatum eligebatur
sub-advocatus Alsaticarum istarum Civitatum. Obrecht.
p. 1. R. A. vol. 1. c. 10. p. 282. Intercedit cum aliis apud
Spirenses pro Stempferis civibus rebellibus, quibus gratia
obtinet an. 1330. Lehman. p. 673. pignoris jure possidebat
urbem Seltz ab Imperio, quae an. 1357. ab urbibus Alsa-
tia funditus deleta in odium ejus. Königsh. c. 5. p. 214. M

Not. 36. ad Rudolphum VII. p. 52. Interfuit Ha-
 stiliudis habitis Ingelhemij an. 1337. et Schaffhusia 1392.
 Munsteri Cosm. l. 5. c. 414. p. 1242. et p. 1246. Hic
 investitur simul cum Electore palatino Ruperto per
 Carolum IV. 1362. postquã pacto successorio cum patre
 magno comite Ludovico de Oettingen convento reun-
 tiavit. Vid. Lib. Investitura de 1362. apud Schiller I. F. H.
 p. 521.

ad verba: cum Württembergico scil. super domino ario
 Reichenbach, vid. Horstleder l. 3. c. 1. p. 616. ubi quadam
 de fide erga Württembergenses, in comunione feudi
 Marchionatus assumit Rudolphus Rupertum comitem
 palatinum et Electorem sub conditione Successionis in
 casu non existentium liberorum masculorum. vid. literas
 investiturae per Ces. Maj. Caroli IV. datas. 1362. Auxilium
 fert comiti Egoni de Fryburg contra urbem hujus nominis
 an. 1366. Königsh. c. 5. §. 124. p. 217.

Not. 37. ad Bernhardum I. p. 53. Interfuit Hasti-
 ludiis Eblinga an. 1374. habitis, Munst. l. c. p. 1244. ci-
 tavit Imperatoris nomine Ludovicum Ducem Bavariae
 ad Judicium Principum suis sub Eustachio Knigt. vid. Hip-
 pol. a Lapide p. 1. c. 10. Sect. 2. pag. 165.

Judicavit, seu iudicis vices nomine Imperatoris egit in causa
 Casper à Schlieken, et Hansen a Hohenstein contra Stund,
 Besoldi Thes. pract. voc. Eustachio Knigt. Cum emisisset
 Marchionatum Hachberg, nova Felonia institueret co-
 natur, idem subditorum, qui sine ipsius consensu
 vicinorum protectionem quaesiverunt, bona sibi servare

voluit, quod vicini, imprimis Triburgenses et Brisacenses agre ferebant, et propterea auxilio confederatorum suorum ipsi an. 1424. bellum inferunt. Vossij. l. 4. c. 24. Münster l. 3. c. 267. in quo bello obsidetur Muhlburgum, ante cujus oppugnationem res componitur per Episc. Herbipolensem et alios. vid. Förster p. 88. seq. litteras Civitatis imperij ad ipsum Marchionem datas, vid. apud Schillerum in Append. Inst. 3. publ. Quomodo hæc arx Principi huic agræ aliis simile nomen fatale fuerit, observavit Desold. l. c. Mühl Dorf. arcem Neufurstenberg Förster pag. 86.

Primus hic est, qui investitur specificè s. 2. cum enumeratione rerum feudalium ab Imp. Ruperto de an. 1405. vid. Schilleri Jus feud. Aleman. c. 22. p. 208.

ad verba: emit, atque &c. p. 53. lin. 20. emit ab Otone March. de Hockberg. an. 1415. v. lit. Emptionis apud Acta. Tradit filio Jacobo terras suas regendas an. 1425. Förster p. 84. sq. primo tantum Marchionatum Hackbergensem, postea etiam reliquas terras et Badenam.

ad verba: Uxor fuit Anna. ibid. lin. 23. cui constituit dotatitium et Morgengabam 20000 fl . confirmante Cesare Ruperto an. 1406. Schilleri jus feudale c. 26. §. ii propter damna sibi a Civitatibus confederatis illata, Urbem Spiram ad solvenda XV millia flor. adigit, quamvis ea hoc declinare voluerit. Lehman. l. c. 69. p. 76. 7.

In confederatione Electoris Palatini cum quibusdam aliis nominatim excipitur Marchio Bernhardus de Baden 1395. Id. VII. p. 768. Novam litem movet

Spirensibus, qui homines quosdam ejus proprios pro
 civibus receperant an. 1394. ibid. p. 769. quibus an.
 1398. unacum socio comite Frid. Veldentia bellum de-
 nuntiat. ib. VII. 71. p. 717. Tangit an. 1395. Fortenij
 sedus cum Archiepo Moguntino et aliis contra Fr. Disle-
 gnus, v. Wenkeri collegiū f. p. stum Dislygalus Pring
 & 24. 1370. sub feria IV. post Epiph. denuntiant ei Ar-
 gentinenses captivitatem Decani Johannis de Ocksen-
 stein. Cum Archiepo Moguntino curado litem trans-
 egit, qua Argentinensibus cum Nobilitate inter-
 cepit an. 1422. v. Königshov. et Schilleri annot. XV.
 p. 878. ubi litera Transact.

Nol. 38. ad Jacobum p. 54. Adfuit hastiludis Heil-
 bronae an. 1408. habito. Münster L. S. C. 414.
 Ecclesiam Badensem erexit in Cathedralē /: *Dist.* /
 v. ejus Testamentū de 1452. atq; sufficienter dotavit,
 eam vi voti ab ipso in manus parentis prestitit, vid.
 ipsum Testamentum. Fœdus cum Civitate Friburgo
 Brisgoia defensivum, excepto tamen Casare, Electore
 palatino, Epō Spirensi, itē Archiduce Austria, et
 terris Austriacis an. C. 1420. Förster p. 85.
 Comitem Egonem de Furstenberg investit de Neu-furstenberg
 an. 1425. Litem cum urbe Brisaco habet de Venatione
 in Saltu Ginglingano, qua per Wilhelmū marchionem
 de Hochberg sopitur an. 1436. Förster p. 86. Acquirit
 per tractatus cum Reinholdo de Wselingen post mortem
 conjugis sue Annae com. de Vsenberg an. 1428. pagos
 Brakingen et Bischoffingen, ut et oppidū Alsatia

Gemar. Förster p. 87. Gemar possidebat an. 1402. Dominus de Rapoltstein. Urffis. l. 4. c. 9. circa fin.

Not. 39. ad Johannem p. 57. Interfuit hastiludio an. 1436. Stutgardia habito. Münster l. 5. c. 414. fuit ipse Sigismundi Ducis Austria Vicarius / ^{Matth. Falb. /} in Brisgoia et vicinia. Förster p. 90. Caesaris etiam et Imperij Capitaneus, qui bello imperij magno suo dispendio gereret. v. literas infra allegatas. Obtinet privilegium, omnes Bashaedi seu regis filij / ^{Röving & Münder /} in Marchionatu habitantes à nemine sub pretextu servitutis vel alius juris, ulla actione juris conveniri possunt, sed ipsius Marchionis proprij esse, et manere iudicentur sub dato Graz an D. Marg. Jay 1468.

Archiepiscopa ipsi erat cum Comite de Württemberg Ulrico amicitia, ita ut filium suum Christophorum desponsaret filia Comitis Catharina, quamvis haec sponsalia postea mutuo consensu iterum fuerint rupta. v. literas in Archivo ipsius Caroli de dato post Annunt. Maria 1463.

Nomine Caesaris, seu potius Sigismundi Archid. Austria, conscribit iste Status Austriacos ex Brisgoia, Sundgo-
via et Alfatia p. atq; cum eis Neuenburgi ad Rhenum super necessitatibus provincia tempore belli Burgundicj consulit an. 1469. Förster p. 71. et 91. Augel terras Brisgoicas variis acquisitionibus vgr. Bussensohl, Nymburg, Breckingen, parochiam Nymburg permutationis contractu acquisitam augel 1407. et 1456. acquisivit etiam pagos Ballreckten et Dottingen, eosq; Das de Traussen oblatori iterum in feudum concedit an. 1458. Förster p. 89. 59.

Lites, quae ei intercedebant cum comitibus friburgensibus, amicabiliter componit an. 1466. idem. Oppidum Gemar a parente adquisitum ob damna tempore belli Austriacorum nomine gestis, fratribus de Rapoltstein Guilielmo et Semmano illata cedit an. 1471. Förster C. c. p. 91. Pacem pangit mediatione sua inter Fridericum Victor. Elector. palatinum ab una et ejus agnatum Ludovicum comit. palat. in Veldenz, ut et comites de Leiningen ex altera parte 1467. Lehmann 7. 103. p. 857.

Adolphus Nassavius, Elect. Mogunt. accitur Marchioni Carolo et Com. Ulrico Würtemb. auxilia successione quorundam immobilium bonorum compensasse a Lehmano VI. 104. p. 854. Idem Carolus excitat Spirenses

ad auxilia sibi ferenda contra Diether. Moguntinum, sed repulsam fert. idem. 859. Erat cum Diethero Moguntino confederatus ad 50. años ad perpetuam amicitiam, mutuaque defensionem, cujus vidi Manifestum apud eund. p. 861. Redemit captivitatem suam

20000. flor. et iterum 30000 fl. quibus Regisheim eluere poterat, porro 8000 flor. adificiorum reparandorum, alios XX. M. quibus reluere datum: alios XX. M. Cruciaci assecuratos: Pforzheim L. M. flor. reluendum: renuntiatum, item beneficiis reluendi Heidelberg et Eppingen.

Not. 41. ad Albertum p. 64. Fuit is in lassitudine 1481. Heidelbergae habitus. Münster C. c. Cedit comiti Wolraffo de Thierstein Jus Hypotheca in . . . Alsatia an. 1485. Förster p. 29. Emit partem pagi Datselden in Comit. Hochberg a Bernardo de Keppenbach

bach an. 1486. Aquirit ius hypotheca in Comitatu.
Hochberg mediantibus C. M. flor. Sigismundo Duci mu-
luis datus, unacum praefectura in comitatu et salario
1800 fl. post ejus mortem reluitur haec hypotheca. id. ibid.

Not. 47. ad Christophorum p. 65. Officia sua inter-
venit apud Caesarem Maximilianum pro reconciliando
Philippo et Ruperto palatinis. Hortleder l. v. c. i. p. 623.
Scherst an. 1477. nuptus Württembergicus cum filio Ernesto
idem p. 624. amicitiam perpetuam jungit an. 1517. cum
Ulrico Duce Würtemb. id. ibid. Condit an. . . . testa-
mentum, postquam filij iuraverant, se id, quod disposuerit,
servare velle, ejus confirmationem à Caesare impetrat.
cumq; illud impugnare vellent Ernestus, petit hic super
ejus validitate responsum juris à facultate Fribur-
gensi, quod videre est inter Uldarici Fasi consilia l.
2. conf. 20. Emit à Diethero de Keppenbach ter-
tiam partem pagi Tutschfelden an. 1482. reliqua an.
1490. Förster p. 92. seq. Emit etiam de fratribus
de Landek pagum Mundingen, sive potius liberat
eum à nexu pignorationis, erat enim Gfundensiu.
Contrario dicti fratres artem suam Landek offerunt
et accipiunt pro feudo pignoratitio Id. p. 94.
Pangit cum Austriacis pactum hereditarium defensivum
ratione Brisgoia an. 1505. Id. p. 98. Emit quoq;
pagum Gundelfingen, Reichenbach &c. a dominis
de Blumenc an. 1509. Forst. Emit idem à Seba-
stiano de Landek partem castri Landek et dimidium
pagi Köpningen an. 1511. Förster p. 26.

Controversiam super Jure territoriali, seu potius super
diversis aliis juribus in Schllengen componit cum Ep^o
Basileensi mediante Ep^o Argent. an. 1509. Fœderi
suevico nomen suud dat Hala suev. an. 1489. cujus
vid. tabulas apud Datt de p.p. c. x. p. 208. promittit
ibi 6. equites et 200. pediter, scil. in casu Obsidionis
per socios suscipienda, alias promisit saltem 30. equites.
Admonet idem Argentinensis de renovando fœdere con
tra Judicium Westphalicum sub dato Baden post Joan.
Baptista 1485. v. Jacob Wencker Hon. Augusti. p. 290.
Vendidisse etiam dicitur Oppidum Weingarten cuâ arte,
Philippo Electori palatino an. 1504. cum pacto, de non
retrocedendo. Solneri A. L. c. 2. §. 9. p. 54.

Cum Philippus Palatinus a Cesare proscriberetur, om
nesq; vicini ex occasione aliquid de Palatinatu se
cerperent, solus hic quamvis ab amicis monitus, fi
dem à patre datam inviolatam servare voluit. Sol
ner l. c. c. 2. p. 104.

Not. 43. ad Philippum. p. 69. Rusticos sumultuan
tes occupatione Durlaci vires sumentes post vastata
monasteria Gottsau, Herrenalba et Frauenalba sua
mansuetudine in officium redegit 1525. Freherus l. 2.
p. 205. 240. comitatur unacum Electore palatino Ep^{us}
Spirensem in solempni introitu in urbem Spiram. Leh
man. II. 27. p. 220. M.

Not. 44. ad Ernestum. p. 71. Is parentes suprema
judicia impugnat, vid. Zasius 2. cons. 20. vivente pa
tre habitavit Sultzberga, quam palatio ornavit. Fœsser.

et ibidem. Moniales Canobio expellit ob vita spurci-
 hem. ibd. vexatur an. 1521. seq. ab Austriacis super
 Jurisdictione territoriali Canobij S. Petri in Sylva ni-
 gra, Landeck, Künzingen, Brunstatt, Forster. Manu-
 mittit Nicolaum Frey von Schalbach artium Magistrus
 et gradus Doctoris in Jure an. 1535. ambientem, vid.
 Wehrneri Observ. pract. p. 337. Tempore tumultus ru-
 sticorum an. 1525. Landeck et Höckningen in cineres
 redacta. Forster. Cedit Henricus de Landeck in
 sua jura in Castrum Landeck. Emit a Christophoro
 de Landeck, reliquam partem Kündringen an. 1536. Idem
 pag. 99. Emit a Vidua de Falkenstein ejus parte
 pagi Königseckhausen an. 1541. Id. Monachi Nym-
 burgenses deserunt circa 1545. suum Canobium, quod
 vi pacti redit ad Marchionem Ernestum: erat ille Or-
 dinis S. Antonij Eremita. Idem. Intercedendo assistit
 civibus Künzingensibus et Waldshutensibus Evangelij
 Doctrinam amplexis. Forster p. 101. M.

Not. 45. ad Carolum p. 74. Promittit ei sub ini-
 tium sui Regiminis Status provinciales in Brisgoia
 tributum quidecennale scil. XV. crucigeris ex C. flor.
 reformationis opus difficultatibus suis in Brisgoia non
 caruit. Cum Austriacis certas condiciones et modum
 statuit ratione collatorum externorum in custo-
 diendis et alendis ministris Evangelij in Ecclesiis
 p. 102. anis 1560. 1561. et 1565. M.

Not. 46. ad Georgium Fridericum. pag. 81.

*Episcopus ist non sicut 3. Lindenow allius gupfzat
writau vs Stema propaginat, nam Author tantum
propagatores, et sic generationes numerat, palatium
Sulzbergense novis augmentis exornat.*

*Not. 117. ad Bernhardum p. 97. Quamvis esset
major natu filius, tamen per ultimam parentis
voluntatem ei successione Marchionatus Badensis pre-
fertur frater postgenitus Philippus. v. Testamentum
Christophori, add. Jusius L. 2. con. 20. Concubinam
aluit Ottiliam von Hilken, cum qua genuit filium
Bernhardum Christophorum de Baden, qui ducit Doro-
theam de Horckheim, dicta huic Concubina legat per
Codicillum, Neuenburgi publice conditum, ades, quas
ibi possidebat, cum omnibus Instrumentis ibidem
reperitis centum florenos annuo ad dies vita et po-
stea ad filium redituros vid. Codicill. de 1546. 2. Ma-
garetha.*

*Post mortem Marchionis Bernhaldi Marchio Carolus
dictum Bernhardum Christophorum recipit pro domestico,
educare eum facit, et uxorem ducere jubet, eiqz dia bona
promittit, que tamen diu omni effectu carebant
vid. Acta feud. Königsh. . . de aº 1570.*

Not. 118. ad Christophorum Gustavum p. 99.

*Hunc eundem ob defectum animi aequè ac corporis
voluit excludere.*

*Marchio Ernestus Fridericus. vid. Acta feudi Mo-
guntini de an. 1602.*